Expositio beati Gregorij pape su-per Cātica canti-corum: octo cō-prehendens capita.



❡ Fratris Philippi Mã ne Cremonẽsis pdi catorij ordinis carmen.

✠

Fama uetus sileat magnos celebrare poetas
Qualis Mæonides, uel Maro doctus erat
En dilectus adest domini sponsalia uite
Et christi thalamos, Ecclesiæq; canens
Quæ tibi mox uigilans aĩarum pastor ad unguẽ
Pandit, ut æthereas scandere possis opes.

¶ Prefatio siue prologus Beati Gregorij Pape super Cantica Canticorum.

Quia si ceco: si longe a deo posito cordi, sermo diuinus voce propria, ac voce diuina loqueretur, non caperet: per quedam enigmata miseri corditer monet et reuocat: et p res notas latēter ei amorem rerum non notarum insinuat. Per hoc. n. q non horret cognitum, intelligit quodam incognitum Rebus notis allegorie conficiuntur, et in sententias diuinas vertuntur, vt dum cognoscimus sensu exteriora, intellectu perueniamus ad interiora. Hinc est q in libro hoc qui canticum canticorum inscribitur, amoris q̄si corporei verba ponuntur, vt a torpore suo anima per sermones consuetos discussa recalescat: et per verba amoris qui infra est: excitetur ad amorē qui supra est. Nominantur. n. hic oscula, vbera, gene, femora. Ubi non irridenda est sacra descriptio: sed considerāda misericordia dei. In hoc etiā amplior: q2 dū mēbra corporis nominat, sic ad amorē nos vocat. Notemus quidē q̄ mirabiliter, q̄ misericorditer nobiscū operatur, qui vt nos ad amplexus sacri amoris accēdat, vsq3 ad turpis amoris nostri verba se inclinat. Sed vnde se loquendo humiliat: inde nos intellectu exaltat: q2 ex sermonib9 huius amoris discimus: qua virtute in diuinitatis amore ferueamus. Hic etiā3 sollerter intuendū est, ne cū exteriora audimus: ad exteriora sentiēda remaneamus, et machina que ponitur vt leuet, ipsa magis opprimat, et aggrauet. Debemus i verbis exterioribus corporeis qd interius est querere: et loquentes de his, extra corpus fieri debemus ad nuptias sponsi et spōse cū intellectu charitatis. i. cū veste nuptiali venire, ne si ista careamus: ab hoc cōuiuio in exteriores tenebras. i. in cecitate ignorantie repellamur. Debemus p verba passionis: transire ad virtutē impassibilitatis. Littera. n. occidit: spiritus viuificat. Sicut. n. palea frumentū: sic et littera tegit spiritum. Sed q2 iumētorū est paleis, et hosum frumentis vesci: qui humana ratione vtit palea abijciat, frumenta spiritus edere disponat. Humane cōuersationis verba au

dicentes: q̃si extra humanitatẽ esse debemus ne si humãiter que audiuimus capiamus: nihil diuinitus de his sentire possimus. Qui. n. deũ sequitur imitari debet quotidie resurrectionẽ suã: vt sicut tunc nihil passibilitatis habuit in corde: vt secundũ interiorẽ hoiem iam noua creatura sit: sic iam quicqd vetustũ sonuerit calcet, et in verbis veterib⁹ solam vim nouitatis inquirat. Attendendũ est q̃ liber hic non canticum, sed cãticorum canticum dicitur. Tanto est. n. omnibus cãticis sublimius: quãto in nuptijs sublimior is festiuitatis offertur. Hic notãdũ est, q̃ q̃n vult timeri, dominũ. q̃n vult honorari, patrẽ. q̃n amari, spõsum se nominat dominus. Attende ordinẽ. Ex timore. n. honor: ex honore solet procedere amor. Nec vacat a mysterio q̃ liber hic tertius ponitur in opibus Salomonis. Post pũerbia. n. Ecclesiastes, post ecclesiastes canticũ canticorum nõ casu: sed plena ratiõe posuit. In prouerbijs moralis vita exprimitur cum dicitur. Audi fili mi sapientiam. In ecclesiaste naturalis, vbi finis omnium consyderatur, cum dicitur. Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. In cãtico vero cãticorum, cõtemplatiua vita exprimitur, dum in eo ipsius domini aduentus et aspectus desideratur, cum spõse voce dicitur. Osculetur me osculo oris sui. Quia ergo naturalis ad consyderationem nõ perducitur, nisi prius moralitas teneatur: recte post prouerbia ecclesiastes ponitur. Et q̃r superna cõtemplatio non cõspicitur nisi prius hec infra labentia despiciantur: recte post ecclesiastes cãticum cãticorum ponitur. Prius quippe est mores cõponere: postmodum omnia que sunt, tanq̃ nõ sint cõsyderare. Postea mũda acie superna et interna cõspicere. Hos ergo librorum gradus, quasi quandã ad cõtemplationem dei scalam fecit vt dum primũ in seculo geruntur honesta, postmodum etiam honesta seculi despiciũtur, ad extremum vero dei intima cõspiciantur. Sic autem generaliter ex voce sancte ecclesie aduentus domini in hoc opere prestolatur, vt etiã specialiter vnaqueq; anima ingressum dei ad cor suũ, tanq̃ aditum sponsi in thalamũ aspiciat. Itaq; sctã ecclia diu p̃stolans aduẽtũ dñi, diu sitiens fontẽ vite, quomodo oportet videre p̃sentiam spõsi sui quomodo desyderet dicat.

In noie iesu xpi dñi nri.
¶ Incipit expositio beati Gregorij pape super cantica canticorũ in qua fidelis anima qualiter christũ sponsum suum inuenire z retinere debeat edocetur

Capitulum primum.

Osculetur me osculo oris sui. Quelibet spiritualis anima desiderio xpi spõsi estuãs z in suos amplexus esse dsiderãs pnimio amoris ardore. sic pnũciat dicẽs

Osculetur me. o. o. sui.

Ac si dicẽt. Ille quẽ sup oĩa, ymo solum diligo. veniat z dulcedine sue inspirationis me tangat, qz cum eius osculum sentio subita mutatiõe me relinquo, z in eius similitudinem subito liquefacta transformor. Fastidit quippe mens sancta. oĩa que corpus sentit, z in illa spiritualia tota trãsformari cõcupiscit. Et dũ ista obstrepunt, in illa fugit z se abscondere ne hec sentiat appetit. Ideoqz osculum spõsi petit, qz si ille vinculo sui gratissimi amoris hãc nõ trahit, hec in sue molestissime grauedinis detenta põdere, qũo se ad illũ cõferat omnino nõ inuenit. Sed pius xps anxietatẽ eius sentiẽs, amorẽ diligẽs, votũ exaudiẽs, osculũ porrigit, z ne desiderio lassescat: gustu sue suauitatis lenit. Et dum suam pñtiam exhibet, eã ad maius desideriũ sue dilectionis accẽdit: vnde illum sentiens, ad eũ se cõuertit. z quẽ pñtez habet, mox gaudens voce mutata alloqt z dicit.

Quia meliora sũt vba tua vino fragrantia vnguẽtis optimis.

Ubera xpi sunt dilectio dei z primi. Ex his vberibꝰ spõsam lacte pietatis nutrit. Et inter tentationum turbines his, eaz fouet z reficit. vt psistat z resistat. Quid autẽ per vinũ, nisi cura tpalis exprimitur: a qua mẽs cuiuslibet secularis inebriat, vt ad inuisibilia cognoscẽda, aut ex toto, aut pene isensibilis redda: Sed vbera sponsi. vino meliora exiſtũt, qr illud

necat hec nutriunt. illud ocu los mētis turbat: hec acuūt illud apostatare facit etiā sa pientes, hec ipsos ydiotas vtiq3 sapiētissimos faciūt q̄ quot vicibus sponsa cū dilectionis vbertate suggit, tot sententias sapiētie in ventrem meorie trahit. Charitas eni sancta cor pacificat, mentem in tentationibus roborat, et vt sedes sapiētie sit aīa iusti qetem tribuit et locū pparat. Hec itaq3 vbera vnguētis optimis fragrant, qr odorem suauitatis per sapiētie verba et sanctitatis exempla secū portant. Quicunq3 eni sancta charitate p grām dei se reficit, is spiritualium donorū et odorē et suauitatem sentit, quorū bonorū vbertate proximos quosq3 ad interiora gustāda secum trahit. et vt in amorē diuinū cōualescāt siue calescant istis vberibus nutrit.

Oleū effusum nomē tuum. Nomē spōsi xps est. Sed nomē spōsi quasi oleum effundit. qr quicūq3 nole xpiano i veritate cēsentur charitate sācta affluūt qua molliūtur. et vt flāmas exēplorū emittāt eadem charitate cōtinue suffūdūtur. Hac charitate i ipsius xpi amorē vehēmētius accendūtur, et ab ipso accipiūt quo ei amplius īhereāt quo pfundunt. Hic est q sequit.

Adolescētule dilexerūt te. Quid enim p adolescētulas nisi sancte aīe designāt, q̄ baptismatis aqua per spiritum sanctū regenerātur et in nouam xpi vitam p nouū testamētum trāsferūtur? Que ppter olei infusionē xpm diligūt. qr ad grām vocate. siue per gratiam innouate, in eo suauitatē vite perpetue inueniūt p cuius suauitatis dilectione oīs mūdi fastus et diuitias respuūt. Sunt eni nō nulli qui ita deū diligūt. vt se ipsos cōtemnant. in interiora serapiūt vt deum inueniant. Et qr deus in supficie nō iacet. subtilissime cogitatiōes suas examināt lectiōibus vacāt. meditatiōibus laborāt, et q̄uo deus inueniat. omnimodis pergrere nō cessant. Hi pfecto odorem vnguētorū sentiūt. et olei īfusione se inungūt. qr dum oms putredinē vitiorū abijciunt. flores sibi inueniūt quorū cōpositio est. suaue olentia vnguēta. deo fauēte cōficiunt. Qui eiusmodi est. desiderio estuat. et quasi nihil habeat.

semp maiora exoptat. ꝛ qa virtus sibi nō suppetit. i deū īhiās. trahi se postulat dicēs

Trahe me post te. curremus in odorē vnguentorum tuorum.

Nō currit qui nō trahit, qꝛ quē grã diuina nō adiuuat, molestia sue corruptiōis grauatur. Gratia quippe diuina nos ꝑuenit. ꝛ internoꝝ dulcedinē nobis ostēdēs. de exteriorib⁹ nos cōpūgit. mox qꝫ in illa trāsiēs animus pre coꝝ dulcedine sine dilectione, tēporaliā vilipēdit. Iste ergo qꝛ trahit currit, qꝛ viculū amoris libēter sequens gratie robōrat⁹ amore sine grauedine obstacula oīa trāsit. Nec mir cum vnguētorū odorē sequatur, qꝛ cum spiritualium donorūꝫ suauitas sentitur: quid est in hac temporalitate. cuius desiderio aīa sancta spōsa xp̄i. ne ad illa ꝑperet teneat: Ibi quippe lenitate vnguētoꝝ gaudet. ꝛ duꝫ naribus discretiōis spirat charitas sibi suauit olet. Hinc est q̄ a singulari numero ad pluralē trāsit, qꝛ in dilectōe dei. ēt preceptum qꝺ de proximi dilectiōe nos admonet inuenit. Quo īstructa eructat nobis foris qꝺ gustauit suauiter intus dicēs.

Introduxit me rex in cellaria sua.

Quid per huius sponsi, qui rex est cellaria intelligimus: nisi sancte scriptur archana q̄ rimamur: nisi sancte cōtēplationis mysteria quoꝝ deliciis si reficimur conualescimus: In illa ꝑculdubio qsquis introducit oīa tēporalia mox contēnit, qꝛ eternis ditatur. Ideo sequitur.

Exultabim⁹ ꝛ letabimur i te memores vberum tuorum super vinum.

Scã aīa spōsa xp̄i. in sponsi sui deliciis exultat dum corporalia respuit ꝛ in spiritualibus se occultat, eundemqꝫ spōsum delicias suas facit, in cuius respectu oīa mūdana recusat. Sed hoc in memoriā vberū ait, qꝛ dum recollit quāta charitate xp̄s eā dilexit qui sanguine suo eam moriēs ī cruce redemit ꝛ quotidie eam in sinu ecclesie matris eiusdē sanguinis lacte nutrit, ꝑculdubio magis ac magis in eius dilectionē intēdit. Quod lac bñ sup vinū dulce esse dr̄: qꝛ p sanguinem xp̄i misericorditer educamur qui per legis litteram seuere prius cōstringe-

bamur? Per quā dilectionē adimpletur quod dicitur.

Recti diligunt te.

Soli vtiqꝫ recti deū diligūt. Quia quicūqꝫ adhuc per di storta vitiorum ex desiderio currūt, dum in rectitudinis lineā semp offendūt, ipsum iustitie auctorē xp̄m oīno di ligere nō possunt. Tūc vero homo. vere per viā veritatis incedit, cum ꝛ opera virtu tū exequitur, ꝛtamē pctā sua sēp agnoscit. Iō seqꝛ ꝛ dič.

Nigra sum sed formosa fi lia Hierusalē sicut taber nacula cedar' sicut pelles salomonis.

Nigra per vitā ꝑteritā, for mosa per cōuersionē sequē tem. Nigra per me, formosa per deuꝫ. Nigram quippe ꝛ formosaꝫ sancta aīa bene se dicit, qꝛ semp ꝛ turpitudīeꝫ peccatoꝝ suoꝝ ꝑcipit, ꝛ tñ il lius iusticie ꝙ in intimis vi det, in exterioribus actibꝰ. secū sollerꝛ formam gerit. Que bñ sicut tabernacula ce dar nigra ꝛ formosa sič pel les salomonis dr̄, qꝛ inquā tum tenebras mortalitatis portat nigredine corruptio nis sordidaꝛ. Cedar eniꝫ te nebre interpretaꝛ. Salomō vero qui xp̄ꝫ representat pa cificus dicitur formosam er go se sicut pelles salomōis dicit. qꝛ duꝫ sanctos quosqꝫ q ad imitationē xp̄i se morti ficant imitari nō negligit co rum vtiqꝫ pulchritudini p similitudinē se iūgit. Ne ve ro proximi in eius nigredi nē intēdentes minus exem pla bonoꝝ, eius ad imitatio nē diligāt, turpitudinis cau sam satisfaciēs ostēdit. dum ab admiratiōe sua filias hie rusalem repellit dicēs.

Nolite me cōsiderare qꝺ fusca sim. qꝛ decolorauit me sol.

Per solē xp̄s significaꝛ. Sol ergo. cā decolorauit qꝛ quā tūlibet fulgeat aīa in compa ratione xp̄i. fulgorē ammit tit. Sunt quippe nōnulli. q in hac nocte mūdi velut stel le hoībus fulgēt, luminaria proximis apparēt: sed moꝝ vt iustitie xp̄i se cōparāt qua si sine luce sunt qui pene in cōparabiliter hoībus luce bāt. Qualiter vero ad hoc p uenerit vt aliquātulum luce ret. ostēdit cum subiungit.

Filij matris mee pugna uerunt ɔtra me posuerūt me custodē in vineis.

Mater spōse sancta eccle sia. filij matris. sancti apo sto

li extiterũt. Ante apostolorũ quippe predicationẽ. totus pene mũdus rebellis extitit. oĩs pene aĩa ydolorũ cultu se sordidauit. cupiditates scelleratas accumulauit. Apostolorũ vero predicatio superueniẽs. cõtra oẽs verbo pugnauit in multis regnum demonũ expugnauit ꝛ regnum xp̃i sanctam ecclesiam ampliauit. Uictam ergo xp̃o ꝛ sanctificatam cõgregationẽ apostoli custodem in vineis posuerũt. qꝛ primos redeũtes, in ecclesias per mũdum vt eas cõgregarent ꝛ custodirent. disperserũt. Cuius dispersiõis cãm ostẽdit dicẽs.

Uineã meã nõ custodiui.

Quid per vineã singulariter. nisi Judea designatur: que a se fideles expulit. qꝛ custodiri aspernabãtur. Predicatione itaqꝫ expugnata. ꝛ spõsa xp̃i facta anima dilectione ardet, ꝛ ĩ ĩquirendo eum quem diligit ĩ ĩtimis se exercet dicens.

Indica mihi quẽ diligit aĩa mea vbi pascas: vbi cubes in meridie.

In meridie xp̃s sub vmbra pascit ꝛ cubat, qꝛ ĩrefrigeratiõe sancti spiritus sibi quasi requiem ꝛ pastum parat, p meridiẽ quippe ardor vitiorum exprimitur. per vmbrã vero spiritualis gratie flat⁹ dessignatur. Meridie ergo feruẽte in vmbra xp̃s reqͥescit, qꝛ dũ in reprobis estus vitiorum flagrat, ipse spõse sue spiritũ refrigerij tribuit ꝛ in ea sibi delectabilẽ locuꝫ quietis tribuit. Sꝫ hoc sibi spõsa indicari deposcit, ꝙ nulli vnꝗ̃ declarat. nisi ei q idem sanctificatricis gratie munus percipit. Quare vero ad hoc percipiẽdũ estuet. manifestat cum subditur.

Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorũ.

Uere in quo xp̃s non cubat vagatur, qꝛ mẽs ꝗ̃ ille suauis ꝛ speciosus, siue põdero sus xp̃i spiritus nõ implet, multis cogitationibus dissoluta circũfertur. Sed q sunt sodales xp̃i post quorũ greges spõsa vagari ptimescit: nisi falsi quiqꝫ xp̃iani q aut ob noĩs solius aut ẽt sacramẽtorum cõmuniõe fratres xp̃i vocãtur. qꝛ electis quos ipse fratres vocauit in ecclesia cohabitando sociantur: Quorꝫ multitudines bene per exprobrationem greges appellãtur, qꝛ dum quasi irrationalia animalia sine or

dine viuūt, seductoribus spiritibus ad deuorādum tradūtur. Post huiusmodi greges vagatur, quisquis ab intimo desiderio expulsus reproboꝝ stultitiam per similes cupiditates imitaſ. Nos quippe electi cuꝫ moleste patiantur per eorum persecutiões probati mūdiores ad eterna bona perducūtur. vnde admonetur spōsa cum ei per increpationem dicitur.

Si ignoras te o. pulchra inter mulieres. egredere ⁊ abi post vestigia greguꝫ tuorum.

Si ignorat se spōsa egrediatur ⁊ abeat. qꝛ quisquis nescit se in hoc positum vt tentationes per sufferentiā vincat a familiaritate xp̄i recedit, qꝛ in bello positus cum dn̄o suo pugnare recusat. Sciēdum est enim omnibus ꝙ in tentationibus sumus ⁊ cōtra aereas potestates pugnare precipimur, qꝛ sine victoria coronari non possumus. Et si aduersarius deest, nec ē quē vincamus. vtiqꝫ corona deerit ꝙ nō nisi vincētes capiemus. Hoc qui ignorat in bello est, ⁊ quasi in pace exultat, ⁊ eo frequentius vulneratur, quo securior ē, qꝛ nescit videre quē caueat. Digne ergo a pugnatoribus excipitur, vt vestigia greguꝫ sequatur, qꝛ dum prudētes quosqꝫ imitari negligit, necessario reprobos sequitur, quos stultitia brutis animalibus similes fecit.

Et pasce hedos tuos. iuxta tabernacula pastoruꝫ.

Per hedos immūde cogitationes designātur. per tabernacula pastorum reproboꝝ conuenticula exprimuntur. Qui ergo pugnare nescit, iuxta tabernacula pastorū hedos pascit. quisquis igitur obsistētibus tētationum gladijs viriliter nō resistit, immundas cogitationes quasi hedos lasciuos in corde nutrit, ⁊ similis efficitur ei qui a fide recedit. Anima vero que spōsa xp̄i effici concupiscit. qualiter se habeat eam xp̄s docet, cum ei per comparationem protinus dicit.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.

Scimus qꝛ equitatus Israhelyticus currus Pharaonis fugiēs, in mari demersos reliquit, nec tamē statim terrā promissiōis intrauit, sꝫ priꝰ multas tentationes in he

remo quadraginta annis su stinuit, multos reges multis laborib⁹ expugnauit. Et sic tādem qđ promissuȝ sibi fuerat laboriose acqsitum suscepit. Huic eqtatui scā aīa spōso amica filiis efficit, q̄ pri⁹ i baptismo oīa pctā sua extincta, q̄si pharaōis exercitum relinqt, ⁊ postmodū inter huius mūdi hitatores malign⁹ spūs viuit imminētia vitia quasi reges alienos prosternit, ⁊ sic tandem ad beatam terram in qua cum spōso delectet puenit. Cui bene dr.

Pulchre sunt gene tue. sicut turturis.

Turtur postq̄ parem suum semel amiserit, nunq̄ alteri se iūgit sed semper solitarie habitās. in gemitu perseuerat, qꝛ quem diligebat non inueniēs, querit. Sic sancta anima dum a spōso suo. absens est. ab eius amore non recedit, in eius desiderium semper anhelat, ⁊ gemit, ⁊ dum illum quem valde diligit nō inuenit cum tamē ab omni amore alieno se retrahat, quasi in genaꝝ verecūdia, castitatem cordis ipso hitu ⁊ actu exteriori oñdit.

Collu[?] tuū sicut monilia.

Per collum spōse, predicatores sancte ecclesie designat̄. In monilib⁹ gēme i auro ponūtur. Per aurum itaq̄ sapiētia, per lapides opera exprimūtur. Colluȝ ergo sponse sicut monilia existit, qꝛ quilibet rectus ecclesie pdicator, ⁊ sapiētia se interi⁹ induit, ⁊ opera exterius exercet que i sapiētia vidit. Cui adhuc subditur.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Monilia murenulis collo ligātur, qꝛ sapiētia ⁊ religio a scripturis sanctis predicatoribus iūgitur. Per murenulas enim sancta scriptura itelligitur. Que bene aureę ⁊ argēto vermiculate dicuntur, qꝛ ⁊ sapiētia sancta scriptura refulget, ⁊ sonora predicatione per mūdum auditur. Sicut enī per aurum sapiētia, sic per argētuȝ predicatio demōstratur. His verbis spōsi. sponsa respōdet, ⁊ per corporeas rerum species amorem intimat quo spiritualiter ardet dicens.

Dum esset rex in accubitu suo. nardus mea dedit odorem suum.

Accubitum suuȝ tunc rex intrauit qñ dñs noster. Jesus

corporaliter celi interiora penetrauit. quo ibi quiescente nardus spōse odorē suū dedit, qꝛ virtus sancte ecclesie suauem famem bonitatis lōge lateq; sparsit. Ad celos enim dn̄s ascēdit. ⁊ spiritu; sanctum suū super discipulos misit, quo impleti verba salutis mūdo predicarent, ⁊ per sancta opera boni odoris famam circūquaq; diffunderēt. Nunc quippe spiritu; in baptismo vnaquecq; anima fidelis recipit, vt per eum sibi ex virtutum confectione vnguēta componat. ⁊ proximos exempli exhibitione quasi vnguēti odore reficiat. Sequitur.

Fasciculus mirre dilect⁹ meus mihi inter verba mea commorabitur.

Mortuorum corpora mirra cōdiri solēt ne putrescāt. Mirram quippe corporib⁹ ne putrescant adhibemus. dum membra nostra in chri sti exemplum per corūdem mortificationem a putredine luxurie restringimus, ne dum ea sine condimento dimiserimus, dissoluta putredine escam vermibus eternis corpora nostra faciam⁹. Sed quid est ꝙ dilectu; suū spōsa nō mirra; sed fasciculum mirre nominat? nisi qꝛ dum sancta mens xp̄i vitam ex omni parte cōsiderat contra omnia vitia ex eius imitatione virtutes repugnantes cōgregat, ex quibus sibi fasciculu; aptat, quo carnis sue putredinem sempiternā abstergat? Qui bene iter vbera cōmorari dr̄? qꝛ in dilectione dei ⁊ proximi habitatio xp̄i edificatur. Sācta qppe anima dum deum sic dili git vt proximum non cōtemnat, ⁊ amorē proximi sic exequitur vt diuinum non minuat. ꝓculdubio vbera in pectore sibi locat quib⁹ xp̄m amplectens, ipsum nutriat. Quasi enim vberibus christus nutritus roboratur. du; hac gemina dilectiōe vt fortius inhereat delectatur. De quo adhuc subditur.

Botrus cypri dilect⁹ me⁹ mihi in vineis engaddi.

Cyprus Insula ē, in qua vberiores vinee quam alibi nascuntur. Per Cyprum ergo vniuersalis ecclesia designatur, que multas vineas nutrit. du; in multas ecclesias diuisa vinum quod letificat cor hominis gignit. Engaddi interpretatur fons hedi.

Hedus autem pro peccatis antiquitus imolabat. Quid ergo per fonte3 hedi nisi baptismus xpi figurat: in quo dum corpus mergitur, anima abluitur, & per illius fidem qui pro peccatoribus mortem pertulit, anima humana a peccatis oibus mundam se redit. Cui mox dilectus respondit.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. oculi tui colũbarum.

His pulchram spõsus sponsam suam vocat, qz cui dilectionem dei & proximi donat geminam pulchritudinẽ ei inserit qua delectatur, & qua3 laudat. Cuius oculi bene columbaru3 esse perhibẽtur, qz dum in temporalib9 gemit, & ad eterna desiderio rapitur in simplicitate suos sensus custodit, & carnales concupiscentias detestatur. Colũba quippe in amore pro cãtu gemit. Et bene sancta anima colũbe cõparatur, qz dum reprobi quiq3 in amore mũdi garriunt & letantur mens electa in celesti desiderio atterit, qz timet ne amittat qđ diligit du3 differtur. Possunt ẽt per oculos columbarum ecclesiaru3 predicatores intelligi, qui simplicitatem quam predicãt seruant & visibilia contemnentes ad eterna cum magnis gemitibus anhelãt. Sequitur vox sponse dicẽs.

Ecce tu pulcer es dilecte mi & decorus.

Pulcer & decorus dilectus dicitur, qz & in diuinitate & in humanitate omni amanti se sine macula reprehensionis mẽte aspicitur. Quem dum spõsa pleno desiderio sequitur omnium mũdi perturbationum obliuiscitur. & dum in eius pace qescit, magis & magis decorat. vñ & sequit.

Lectulus noster floridus.

Quid per spõse lectulũ: nisi ocij quietem intelligimus: Mens enim que sponsum suũ xpm singulariter amat, inquãtum potest ab omnib9 sollicitudinibus mundi vacat virtutes quib9 spõso placeat ĩtus accumulat, que du3 omnia que temporalia sunt contemnit, lectum sibi cum spõso in pace victorie facit. vbi quo quietius pausat, eo amplius flores inuenit. quibus se spõso decoram ostendant. Sequitur.

Tigna domorum nostrarum cedrina laqaria cipssina.

Per domos plures ecclesias Itelligimus, per tigna cedrina pdicatores designamus. per laquearia cipressina, ipsos populos figuramus. Tigna.n.tectū sustētāt, laquearia vero domum implēt & ornant. Sic sic in sancta ecclesia predicatores bōi scripturam diuinam in corde & ore portāt. quaʒ fidelibus quasi tectum expādētes predicāt, vt dum ecclesia predicatiōe instruitur munimē accipiat. quo ab imbribus tentationum protegatur. Cedrus autem & cipressus imputribilia ligna esse perhibētur quibus bene omnes electi figurantur, qꝛ dum temporalia nullo desiderio sectātur eterni fiunt, eo ꝙ mēte in eterna figunt. Rñdet spōsus & dic̄.

Capi. II.

Ego flos campi. & liliū ꝯuallium. Bñ florem xp̄s se nominat qui duʒ spinas peccatoꝝ extirminat, mentem spōse & pulchritudīe iustitie sue exōnat, & naribus cordis dum celeste desiderium applicat, interiora anime quasi odore refocillat. lilium autem recte cōuallium dicitur, quia mundicia eius est virtus humilitatis. Qui sequitur adhuc & dicit.

Sicut liliuʒ inter spinas, sic amica mea iter filias.

Bene sicut lilium iter spinas spōsa inter filias esse perhibetur, qꝛ cum multi sint ī ecclesia qui solis verbis christum cōfitētur, operibus, vero nihil. nisi mūdanas sollicitudines sectantur. sola illa anima in lilij dignitate cōputatur, que dum a mortalitatis radice ad celestem pulchritudinem assurgit & mundicie cādorem corde & corpore sibi ipsi custodit & proximos quosqʒ bone opinionis odore reficit. Sed quia spōsus sponsam suam tanta laude dignam habuit, ipsa iam ex debito laudat a quo se laudari perspicit, & dicit.

Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus me⁹ inter filias.

Ligna siluestria. esui hominum habiles fructus non gignūt. malus vero quod gignit congrue & salubriter edunt. Merito ergo per malum xp̄s per siluestria vero ligna ceteri homines dsignātur. siue figurātur, qꝛ in solo xp̄o cibuʒ salutis quotiēs

querimus inuenimus, i eius verbis & exéplis animas nostras fructu suaui & salubri reficimus. Ipse est quippe lignum vite. quod nobis tribuit. ipse est qui: dum se ipsum inspirat animuꝫ pascit. In ceteris vero si quid refocillationis inuenimus, non quod illorum, sed quod ipsius est ab illis sumimus, q2 quicquid in eis preter deuꝫ est. mortiferum nobis proculdubio inuenimus.

Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.

Umbra xp̄i protectio est spiritus sancti. Spiritus quippe sanctus mētem quam replet obumbrat, q2 omnium tentationum feruorem temperat, & dum aura sue inspirationis suauiter mētem tangit, quicquid noxij caloris sustinebat expellit, & quā iaꝫ forsitan nimius vitiorum estus marcidā fecerat, vmbra sancti spiritus protegens recreat, vt dum in eius spiratione sedēs pausat. vires colligat quibus ad eternam vitaꝫ robustius currat. Sequitur.

Et fruct⁹ eius dulcis gutturi meo.

Arbor quippe fructifera ipse xp̄s in corde nostro per fidem plātatus cristit, quam si mens digne & instāter excolit, fructus nimirum interi⁹ pulchros & vtiles gignit. quos dum mens capiēs auide cōmedit, omnes mundi voluptates pre eius dulcedine postponit. Dulce eniꝫ est valde sibi celestia cogitare ī eternitate oculum intimum figere, vt aliquādo in fletib⁹ etiam mens accensa compūgatur, & īter lachrymas subleuata, angelorum cibo. ipsa. vꝫ sapiētia quāto dulci⁹, tāto auidius pascatur. Inde est quod sequitur.

Introduxit me rex in cellam vinariam. ordinauit in me charitatem.

Quid enim per cellam vinariam cōgruētius, q̄ ipsa archana cōtemplationis accipimus? In hac eternitate angeli sancti vino sapiētie inebriātur, dum ipsum deuꝫ facie ad faciem vidētes oī voluptate spirituali satiantur. Hanc sancta mens postpositis oībus temporalibus, si a spōso introducatur intrat in qua ex illis angelicis delicijs quātum sibi cōcedit gustat. & si adhuc q2 in corpore corruptibili detinet se perfecte nō faciat tamen ex illo

minimo quod cursis sumit, cõsiderat quãtũ debeat amare quod amat. potest tamen per cellam vinariam diuina scriptura figurari. Per hãc quippe i spõsa charitas ordinatur, qꝛ in eius doctrina manifeste discitur qualiter ⁊ proxius ordinate diligat. Hac charitate pcussa dic.

Fulcite me floribus stipate me malis, quia amore langueo.

Per flores teneri quiqꝫ ⁊ incipiẽtes per mala vero perfecti fideles designant. Spõsa quippe quia amore languet. fulciri se floribus, ⁊ stipari se malis appetit, qꝛ dũ se eternitatis desiderio afficit dum qualiter illuc perueniat tota anxietate pergrit, sed peruẽtionem duꝫ in carne viuit omnino nõ inuenit. fatigata in desiderio suo requiescit, ⁊ i hoc solo gaudet si circa se prospicit vel quibus ipsa proficiat vel i quorum perfectiõe cõsolationeꝫ de lãguore suo percipẽ possit. Quib⁹ de spõso suo subsequẽter hec dicit.

Leua ei⁹ sub capite meo. ⁊ dextera illius amplexabitur me.

Per leuam spõsi vita pñs, p dexteram vero vita eterna designatur. per caput auteꝫ spõse, mens que anime principatur assumitur. Sed leua spõsi sub capite sponse esse dicitur, ⁊ dextera eius amplexatur eam, qꝛ vitam temporalem sub mẽte sua sẽper ponit. vitam vero eternam vt omnimodis amplexetur cõcupiscit. Hec quippe que videt magnanimiter mente sublimi cõculcat. officijs celestibus se occupat. Hec ex necessitate tollerat, ad illa summo desiderio quasi brachio dextro sponsi stricta. suspirat. In que cum aliquãtulum intrat delectabiliter qescit. cuius quietis delectatione mundanos tumultus omnino fastidit. Sic quiescẽtem vtiqꝫ spõsus ampli⁹ diligit. ⁊ ab eius excitatiõe i probos quosqꝫ ꝑpellit dicẽs

Adiuro vos filie Hierusalem. per capreas, ceruosqꝫ camporum ne suscitetis. neqꝫ euigilare faciatis dilectã quo adusqꝫ ipa velit.

Cerui ⁊ capree. munda animalia in lege esse perhibentur. Quid per ceruos ⁊ capreas? nisi fideꝫ. spem ⁊ charitatem accipimus, quas dũ nobis cõseruamus. per easdem

dem altos mõtes cõtemplationis ascendimus. Sancta autem anima spõsa xpi a cũctis mũdi perturbatiõibus quiescere appetit in sinu spõsi sopitis terrenis cupiditatibusq dormire sancto ocio concupiscit. ita vt et necessaria colloquia aliquãdo fastidiat soliusq sponsi collocutione quãto quietius tãto serenius hyllarescat. S; hanc dormiẽtem carnales q sunt in ecclesia nonnunq̃ importune excitãt negocijs mundi eam implicare desiderãt: q2 eius vita; inutilẽ existimãt. dum ab eorum curis eam se abstinẽtem considerant. Hi tales satis cõgrue nõ filij: s; filie nominãtur: q2 dum effeminatos mores nutriũt. virili dignitate amissa quales interius habẽtur exterius feminino nomine designãtur. Hi dilecta; suscitare sub adiurationis põdere prohibẽtur: ne videlicet mẽtem que ad vacãdu; deo se accingit: solis spiritualibus studijs ĩherere cõcupiscit: importunis sollicitudinibus siue sollicitationibus inquietãt: et tenebris curarum terrenaru; oculos cordis eius obnubilãt. Et tamẽ nõ ei omnis cura proximi interdicitur: sed quãdo suscitari debeat eius volũtati relinquitur: q2 profecto omni pfecte anime discernẽdum est: et quãdo celesti cõtemplationi studeat: et quãdo vtilitatibus proximorum inseruiat. Hãc vacandi deo licẽtiam libẽtissime spõsa suscipit: statimq3 verbum spõsi amplectitur et dicit.

Uox dilecti mei.

Ac si aperte diceret. Hãc vocem spõsi mei esse recognosco. Hãc ab eius ore semper audire desidero: q2 ĩ hoc video quãtum me diligit: cum ab amplexibus eius desiderabilibus impediri prohibeat. Ad hos amplexus qualiter peruenerit. cõsequenter adiũgit dicẽs.

Ecce iste venit saliens in mõtibus trãsiliẽs colles.

Ad ãplexus sponse sue chrĩstus venire disponẽs, humanitatem nostram assumpsit. Ad quod mysterium peragẽdum quasi saliens in montibus venit, quia queda; opera inter homines ostendit, que valde sublimia et super homines esse prospiciẽs, humanum genus admirari potuit. attigere nequiuit. Qui enim de virgine natus est, q ad vagiẽtem adorãdum ire

paſtores amonuit: magos ſtella perduxit, q̄ pendēs in cruce. quādo voluit ſpiritū emiſit, q̄ mortuus tertia die ſe ipſum ſuſcitauit, q̄ celum ingreſſus ſpiritum ſanctum quibꝰ ſibi placuit donauit, qđ fidei ſue per piſcatores ⁊ ydiotas mūdū ſubiugauit. Hoc faciēs. quaſi in mōtibꝰ ambulauit, quo cum nulla creatura aſſequi valuit. In his nimirum operibus col⸗les trāſiliuit, q2 ſanctos om⸗nes quātūcunq; excreuerūt, potētia ſue operatiōis tran⸗ſcendit. De quo ⁊ ſequitur.

Similis eſt dilectus meꝰ capree hinnuloq; ceruoꝝ

Similis capree bene eſſe di⸗citur, q2 de ſynagoga carnē traxit q̄ per capreā oſtēdit. Et q2 ex antiquoꝝ ſanctorū ſtirpe progenitus eſt quaſi hinnulus ceruorū recte eſſe perhibetur. Sequitur.

En ipſe ſtat poſt pariete; noſtrum. aſpiciēs per fe⸗neſtras proſpiciens per cancellos.

Quaſi poſt parietem noſtrū chriſtus incarnatus ſtetit, q2 in humanitate ſumpta diui⸗nitas latuit, ⁊ quia eius im⸗mēſitatem ſi oſtēderet, infir⸗mitas humana ferre nō poſ⸗ſet, carnis obſtaculum obie⸗cit, ⁊ quicquid magni inter homines operatus eſt quaſi poſt parietem latitās fecit. Per feneſtras autem ⁊ can⸗cellos qui aſpicit, partim vi⸗detur. partim vero ſe abſcō⸗dit. Sic ⁊ dominus noſter. Jeſus chriſtus. dum ⁊ mira⸗cula per diuinitatis poten⸗tiam fecit, ⁊ abiecta per car⸗nis infirmitatē pertulit, qua⸗ſi per feneſtras ⁊ cancellos ꝓ⸗ſpexit, q2 in alio latens. in alio quis eſſet apparuit. In⸗carnatus itaq; xp̄s eccleſie ſue, vnicuiq; perfecte ani⸗me loquitur, ⁊ ad eternā pa⸗triam exhortatur. dicens.

Surge ꝓpera amica mea. colūba mea. fōmoſa mea. ⁊ veni.

Propter fidem xp̄s ſponſā ſuam amicam vocat, colum⸗bam propter ſimplicitatem, formoſā propter operatio⸗nem. Quia eni; ſine fide pla⸗cere deo non poſſimus: be⸗ne per fide; amici vocamur, q2 dum fide celeſtia appeti⸗mus. abiectis terrenis. deo adheremus. Columba vero bene anima propter ſimpli⸗citatem dicitur, quia dū ſim⸗plicem deum cordis ſimpli⸗citate ꝑſcrutatur, nequaq̄

mundi inceptam letitiam dis soluta sectatur, sed semp ad eterna festinās, columbe gemitum diligendo imitatur. Propter operationes autē formosa recte appellaṫ, qꝛ dum preterita peccata per bona opera redimit, quasi antiquā turpitudinē assumpta forma meliori ante spōsi oculos abscondit. Hanc itaqꝫ hortatur spōsus vt surgat ꝛ veniat, qꝛ dignum est vt quicunqꝫ ad amorem xp̄i properat, carnis torporem quantū potest abijciat, ꝛ se ad eterna consequēda celeriter accingat. Sed qꝛ vt ad celestia festinemus per exhibitionem noui testamenti a deo accepimꝰ ideo recte subditur.

Jam enim hyems trāsijt imber abijt ꝛ recessit.

Quid per hyemē: nisi legis austeritas intelligendū est, que dū in carnalibus sacrificijs populum antiquū detinuit, ad appetenda spiritualia ꝛ celestia obseruatores suos adiuuitur. Possumus tamen per hyemem vitam presentem intelligere, q̄ dum nos assiduis tentationibus impetit, quasi imbribus importunis ad sequendū xp̄m a torpore cōpellit. Sed iā sponsa surgat; quia hyems transijt, quoniam quanto magis dies vltimus instat, presens vita recedit, ꝛ q̄ͦ amplius tempus ad terminum ducitur, eo citius currendum est, ne electa anima oblatis sibi muneribus eternis priuetur. Trāsijt.n. dicitur, qꝛ in proximo transitura eē nō dubitaṫ. Seqṫ.

Flores apparuerūt in terra nostra. tēpus putationis aduenit.

Flores in terra apparuisse dicuntur, qꝛ sancte anime cū a corporibus recedūt, in celo recipiuntur, ꝛ qꝛ in hac vita q̄uis hyems fuerit a bono opere non torpuerūt, mox vt recesserunt in terra viuentium gloriose floruerunt. Bene autem consequitur quod ait. Tempus putatiōis aduenit, quia quo amplior electorū nūerus in celo congregatur, eo celerius reprobi ab eccl'ia quasi sarmenta inutilia amputantur vt mundus citius finiatur. Sequitur.

Vox turturis audita ē in terra nostra.

Quid per turturē nisi ecclesia: quid per terram sponsi

nisi vita illa beata designatur: Sed vox turturis in terra sponsi audita esse dicit, qꝛ dum pro desiderio suo. sancta ecclesia deprecatur, a xp̄o in celo clementissime exaudit. De q̄ recte subdit.

Fic⁹ ꝓtulit grossos suos. vinee florentes. dederūt odorem suum.

Ficus quippe grossos suos, protulit, quia sancta ecclesia martyres suos ad eternam patriam premisit. post quos vinee florentes odorem suū dederūt, qꝛ per vniuersum mundum exēpla bonoꝝ operū excreuerunt. Vinee vtiqꝫ flores producūt, cum singule ecclesie animas prius infideles ad fidei nouitateꝫ per baptismum educūt. Sed flores ipsi odorem proferūt cū credētes anime exempla bona per suauem opinionem sibi inuiceꝫ ⁊ alijs aspergūt. Sed qꝛ xp̄s vtroqꝫ modo exhortatiōis nos trahit, vt vꝫ ⁊ p̄ceptis nos moneat, ⁊ exēplis sanctoruꝫ erigat, idcirco sponse sue prius vt surgeret admonendum precipit, ⁊ deinde sanctorū exempla ad cognitionem adducit, ⁊ post exemplorum exhibitionem. iterum se ad precepti cōmōitionē cōuertit dicēs.

Surge amica mea. columba mea i foraminibus petre in cauerna macerie.

Surgit amica cum a peccati perpetratione se erigit. Venit, cum per bona opera desiderij, sactis passibus ad celestia tendit. Sancti ⁊ eniꝫ mens cum preterite vite turpitudinem conspicit, cū peccata sua enumerat que fecit, mox secuꝫ in conscientia erubescit, ⁊ quecūqꝫ immūdo dilexerat ad odium sibi transferrens fletibus se punit, ⁊ ipsa penitētia facta robustior ab omni inquinatione etiam cogitationis exilit. ⁊ ab omni torpore negligentie se excutit, vt iam in infimis cogitationibus nō iaceat, sed ad appetenda inuisibilia per sancta desideria se extendat. Hec itaqꝫ mēs surgit ⁊ venit, qꝛ ⁊ a torporiꝫ infirmitate se per cōpūctioneꝫ erigit, ⁊ in sanctis studijs se exercens ⁊ ad eterna pedib⁹ amoris currit. Per foramīa autem petre vulnera manuū xp̄i in cruce pendentis libenter intellexerim. cauernā vero macerie, vulnus lateris quod lancea factum est. eodem sensu dixerim. Et bene

columba in foraminibus petre et in cauerna macerie esse dicitur, qr dum in crucis recordatione patientiam xpi imitatur, dum ipsa vulnera. propter exemplum ad memoriam reducit, sicut columba in foraminibus, sic simplex anima in vulnerib9 nutrimentum quo conualescat inuenit. Possunt tamen per foramina petre, incarnationis xpi sacramẽtum designari. et per cauernam macerie ipsa protectio ãgelice custodie figurari. In qua custodia cuz anima ponitur bene ei a sponso dicitur.

Ostẽde mihi facieꝫ tuã. sonet vox tua in auribus meis.

Quid per faciem, nisi fidem q̃ a deo cognoscimur accipimus? Et quid per voceꝫ, nisi predicationeꝫ intelligimus? Sed precipit sponsus vt ei sponsa faciem suaꝫ ostẽdat, qr, quicunqꝫ se fidẽ dicit habere, necesse est vt in bonis operib9 se exerceat. vt ĩ operibus exterioribus fides interior innotescat. Sed et opera necesse est vt vox predicationis sequatur, qr quicũqꝫ in sanctis operibus perfecte se dilatat, cõsequẽs est vt ad eadem facienda quosqꝫ proximos exhortet. Ideo seqr.

Uox enim tua dulcis, et facies tua decora.

Tunc enim et vox placet et facies decoratur, quãdo et opera predicatio sequitur, et rursum predicationẽ bona opera comitãtur, huiusmodi p̃dicatoribus cõsequẽter dr.

Capite nobis vulpes paruulas, que demoliuntur vineas.

Per vulpes heretici, per vineas singule ecclesie designãtur. Sed vulpes vineas demoliuntur, qr per hereticos ecclesie a recte fidei viriditate exsiccãtur. Que bene paruule dñr, qr q̃uis contra veritatem intus superbiãt, exterius tamẽ in verbis humilitatem per simulationeꝫ sectantur. Que tunc a sanctis predicatoribus capiunt, qñ instante altercationem, sententijs veritatis cõuincunt. predicatores quippe sancti. aliquãdo canes per similitudinem dñr, qr predicationibus assiduis, quasi latratib9 importunis aduersarios quosqꝫ a grege ouium arcere nitũtur. Isti canes vulpes rbo capiũt, qr ducem suũ dũs fidelit diligunt, pro eius amo

re laborātes, tergiuersantes hereticos ab inuolutionib⁹ questionum quasi a tenebrosis caucis ad lucem veritatis educūt. Quare vero vulpium demolitio timeatur manifestatur cum subditur.

Nam vinea nr̄a floruit.

Uinea quippe floruit, q2 sancta ecclesia per baptismū filios ad fidei nouam conuersationem produxit, quibus timendum est ne ab hereticis deprauentur, q2 dum quisq3 credētes in nouitatem xp̄i regenerantur, quo quisq3 tenerior est, eo citius ad prauitatem seducitur. Floribus omnino timendū est ne pereant, q2 dū adhuc quisq3 ad perfectionem per exercitium diuturnum nō cōualuit, facile suadēte venenoso mordetur, ab hoc ad qđ natus fuerat euanescit. Perfecta enim queq3 anima in quo se iam diu exercuit, facile nō amittit, q2 quo frequētius palato intimo quā dulcis sit dn̄s gustauit, eo constātius spōsi rectitudinem tenet, z distorta fastidit, que prosequitur cōueniēter z dicit.

Dilectus meus mihi. z ego illi.

Ac si dicēt. dilecti mei amiciam cōstāter teneo, q2 eius cōstantem beniuolētiam erga me sentio, q2 dū eius familiaritatem benignam habeo, durum mihi est quicqđ ei aduersum inimicos latrātes audio. z dum in eius assiduitate qualis sit video si qđ erroris proferūt aduersarij, a veritate quā in eius visiōe cognoui, nō recedo. De quo bene sequitur.

Qui pascitur īter lilia donec aspiret dies. z inclinētur vmbre.

Quid per lilia nisi mūde aīe designātur: que dum castitatis candorē retinēt p bōe fame opinionē proximis quibusq3 suauiter olēt. Inter lilia ergo spōsus pascit, q2 procul dubio animarū castitate delectatur. que z in se mūditiā carnis cōseruāt, z p nitidas cogitatiōes coram deo placēt, z exēpla proximis quasi odoris suauitatē donāt. Dies vero tūc aspirabit, z vmbre īclinabūtur, qn̄ vita eterna appebit z pn̄s vita finiet. Hic quippe nox est. ibi vero dies erit, q2 hic in visiōe veritatis caligamus ibi deus ipsa tota veritas mētib⁹ elucebit. Ad hāc diem prorsus sācte aīe enitūtur vt pueniāt

ꝓpter hāc iustitiā illibataꝫ quātū possunt cōseruant. Et qꝛ sine xp̄o nihil pn̄t eius auxiliū īuocāt, eius familiaritatē desiderāt. Quaꝝ dū mē teꝫ cōsiderat, ꝓpe est benignus ⁊ adiuuat, ⁊ quo āpli⁹ proficiūt, eo familiari⁹ semper amat donec finitis tenebris mūdi ad vite eterne lucem ꝑfectas educat. Quā lucem qꝛ valde desiderāt eāqꝫ cū dn̄s ad iuditiū venerit videdā eē putant. idcirco cum summo desiderio dicūt.

Reuertere similis esto capree hinnuloqꝫ ceruoꝝ super mōtes bethel.

A nobis dilectus corporaliter tūc abijt, qn̄ post resurrectionē in celos ascēdit. Tunc autē reuertetur, qn̄ ī fine mūdi resuscitatis corporib⁹ hominū oībus ī iudicio manifestabit. Qui vere similis capree. ⁊ hinnulo ceruoꝝ apparebit, qꝛ in carne nr̄a veniēs ad iudiciū oībus se mōstrabit. per capreā enim q̄ mundum est aīal. ecclesia designatur, que dū in celestib⁹ mēte habitat, quasi in mōtibus pascit. Per ceruos autem quid aliud quā patres antiq designātur: ex quoꝝ carne xp̄s natus quasi hinnulus ceruorū mūdo est presentatus? Bethel autē domus dei interp̄tatur que bn̄ ecclesia dr̄, qꝛ ī eo deus habitat dū ꝑ fidem corda nr̄a mūdātur. Super montes ergo Bethel similis capree. ⁊ hinnulo ceruoꝝ apparebit, qꝛ in eadē humanitatis forma ad iudiciū veniet, quam ab ecclesia sumpsit qn̄ in hoc mūdo ex patrū ꝓgenie quasi hinnulus ceruorū humilis natus fuit. Qui vere ⁊ similis capree. ⁊ super mōtes bethel apparebit, qꝛ ⁊ ex humāitatis forma. similis ecclesie erit ⁊ tn̄ sup ipsos omnes summos q quasi mōtes excellūt in ecclesia sublimior eminebit. Qui dū venire moraẗ qꝛ eū semp sancta aīa perquirere nititur. Ideo Sequitur.

Et incipit. Capi. tertium.

In lectulo meo ꝑ noctes q̄siui quē diligit anima mea.

Lectulū sibi ī nocte scā aīa facit, dū oēs mūdi ꝑturbatiōes fugiens secretū cōpat ī quo ꝛqescit. In lectulo hoc. quē diligit querit, qꝛ dū ab oīb⁹ sollicitudinibus mūdi vacat ī ei⁹ īqsitiōe quo vsqꝫ ad illum perueniat non

quiescit. Notādum autē est, q2 per noctes querit quoniā dū i hoc mūdo viuit. pfecte tenebras tēporalitatis a se non excutit. Quas quo grauiores patitur, eo feruētius querit illum. quo inuēto. tenebras amplius nō patief. Sed q2 quomodo querit nū quā perfecte in hoc mundo inuenit. Ideo subiungit.

Quesiui eū & nō inueni.

Quia vero maximo desiderio estuat. & quicquid tenet ei nō sufficit, donec dilectū inueniat, ideo cōstantiā inquisitiōis subiūgit dicens.

Surgam & circuibo ciuitatem per vicos & plateas querā quē diligit aīa mea.

Quid per ciuitatem i hoc loco, nisi ecclesiā. quid per vicos ciuitatis, nisi spirituales quosq3 accipimus, qui dum ad celestia toto corde gradiūtur. angustam viā tenēt. qua ad vitam perducuntur. Per plateas autē seculares designātur, qui dum multas volūtates, suas sequūtur, latas vias gradiūf. Surgit ergo spōsa & circuit ciuitatem, quia perfecta anima que visibilia fastidit, omnes sāctos qui sunt vel fuerunt in ecclesia mēte cōspicit, si quid forte in eorū actibus inueniret quod imitādo ad spōsi inuē tionē aliqñ peruēire possit. per vicos autem & plateas q̄rit, q2 dum per bonorū imitationem ad dilecti familiares amplexus. peruenire satagit nō solum in spiritualibus, sed & in ipsis ēt carnalibus aliquādo inuenit quod imitari digne possit. Sed postq̄ laborem geminatū. inquisitionis nominauit, iterum difficultatem inuentionis subdidit dicens.

Quesiui illum & nō iueni.

Sed dum querit & nō inuenit ipsa etiam queritur, & nō inuenitur ideo subditur.

Inuenerunt me vigiles. qui custodiunt ciuitatē,

Quid per vigiles nisi doctores ecclesie designātur, qui dum lucrandis animabus & scriptis & dictis inuigilant. vbi desiderij sancti aliquātulum sentiūt augmentare ad meli⁹ nunq̄ cessant. Hi spōsam querētem inueniūt, qui piam animam xp̄m inuenire satagētem excipiūt, & vt citi⁹ inueniāt preceptis instruūt, exemplis accēdūt. Quos illa interrogās dicit.

Nū quē diligit anima mea vidistis?

Bene eos spōsa interrogare dicitur, qꝛ duꝫ eoꝝ scripta. vel verba vigilāti studio per scrutatur, tāquam presentibus ⁊ absentibus animi intētiōe loquēs. quid de christo senserint sciscitatur. Quia vero dum in eos omnino intēdit nunꝗ̄ spōsum inuenit. cōsequēter subiūgit.

Paululum cum per transissem eos, inueni quē diligit anima mea.

Paululum vigiles trāsit ⁊ dilectum inuenit, qꝛ dum eos puros homines fuisse cogitat. ad diuinitatem mētem erigit, ibiqꝫ spōsum suuꝫ supra homines patri equalem cognoscit. Quem tūc īuenisse se dicit cum sanctis laboribus adiuta in eius diuinitatis claritatem oculuꝫ fidei tanꝗ̄ speculum cōtemplādo aliquātulū figit. Quod tātillum quāta mentis auiditate suscipiat ostendit dicens.

Tenui eum nec dimittā. donec introducam illū in domum matris mee. ⁊ in cubiculū genitricis mee.

Mater ecclesie synagoga extitit, qꝛ ex ipsa sanctos predicatores habuit, a quibus verbum veritatis suscepit p qđ in fidem regenerata fuit. Tenet ergo spōsum ecclesia donec in domum matris eū introducat, qꝛ vsqꝫ in finem mūdi ab eius fide ⁊ opere ⁊ amore nō recedit. donec ad fidem iudeos adducat. Non ꝙ postea recedat, qppe queꝫ in exilio diligit, in patria videēs amplius amabit, sed de illo tempore dici debuit, de quo a quibuslibet ꝓpter obsistētibus tentati ōes dubitari potuit. In domū ergo matris dilectum introducet, qñ in finē mūdi ecclesia per predicationem in plebeꝫ iudaicam christiana sacramēta īmittet. In cubiculum autem quasi in secretiorem partem domus eum introducet qꝛ ex eadeꝫ plebe ita plurimos cōuertet, vt omnes mūdi sarcinas abijciāt ⁊ in ītimis cogitationibus soli deo placere cōcupiscāt, huiuscemodi hoīes quasi cubiculum facient spōso, qꝛ duꝫ a se omnes sordes cupiditatis eijcient, quasi secretum locum in mēte in quo deus delectetur cōponēt. A quorum inquietatione in eis delectabiꝉr pausans spōsus improbos prohibet iterum dicens.

Adiuro vos filie Hierusaleꝫ per capreas, ceruosqꝫ

camporum ne suscitetis. neq; euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

In hoc vtiq; ostēdit, q: eiusdē perfectiōis quosdā de synagoga post cōuersionē īueniet, cui⁹ de ecclesia quāplurimos īuenit, dū in eoꝝ gēte similiter delectās ab eis īqetatores ꝓhibet sicut ab ecclē sia ꝓhibuit. Introducta ergo ad fidē synagoga ecclesie mētē per opa que videt conspicit sublimitatē eius valde admirās dicit.

Que est ista que ascendit per desertu; sicut virgula fumi. ex aromatibus mirre ꝛ turis. ꝛ vniuersi pulueris pigmētarij.

In deserto vtiq; in hoc mundo ecclesia sine queq; aīa viuit, dū a regno exul inter bestias demones. s. vz. degit. Hic enī ꝛ si nō oīno a spōso deseritur, tñ q: dū in carne ē, nō du; ad certā eius visionē admittitur dū ab eo per exilia ꝛ tētatiōes peregrinatur, q: adhuc cum eo nō regnat deseri se ab eo nō videtur. Ob hoc laborat vt descēdat, vt que; valde diligit, magis ac magis sentiat, quaten⁹ qm̄ ꝑfecte eu; in deserto nō tenet vel ipso eius desiderio se reficiat, vt sic in via roborata, qñq; ad hoc quod diu cōcupiuit ꝑueniat. Sūt qppe nōnulli, qui dum oīa visibilia fastidiūt, mētes in celestia erigūt, ꝛ q: in infimis nihil qđ eis dulcescat cōspiciūt, totū cor ad supna amanda cōuertūt. Hi ab oībus malis moribus se exuūt, cēsum mūdi cū cupiditatibus cōtēnunt, spe ad īuisibilia tēdūt, ꝛ quo amplioꝛi desiderio illis īherēt, eo magis, ac magis moleste corruptionē ferunt quā hñt. Hi nimirū per desertū ascēdunt, q: dū in hoc mūdo inter tentatiōes viuūt, quo amplius dum hic moꝛātur deseri metuūt, eo foꝛtius ista deserūt, ꝛ feruētius ad illa grадiūtur, in quibus cū fuerit, nihil amplius qđ eos amoueat iam timebūt. Bñ autem sicut virgula fumi ascendere dicūtur, q: ꝛ odoꝛē bone fame ꝛ subtilitatē mētis habere sciūtur. Nō autē quarūlibet reru; fumus iste esse dicitur, sed ex aromatibus mirre ꝛ thuris. ꝛ vniuersi pulueris pigmētarij, existere declaratur. Mirra qppe moꝛtuoru; coꝛpoꝛa cōdiūtur ne putrescāt, thura vero accēdunt vt redoleāt. Per mirrā ergo

carnis mortificatio designatur, per thus vero orationum munditia intelligitur. Sancta igitur aia dum carnem suam a putredine vitiorum mortificat, dum oes mundi voluptates per continentiam abnegat, quasi mirram morituro corpori adhibet vt post iudicium a corruptione eterna sanum pmaneat. Cum vero se ad celestia maiori desiderio accendit, et a cordis cubiculo oes supfluas cogitationes feruenter abijcit, quasi thuribulum cor suum coram deo facit, in quo dum per dilectionem virtutes congregat quasi carbones in thuribulo coaptat, in quo se ipsam mens in conspectu dei igne charitatis accendat. Dumque feruentes, et mundas orationes ad deum emittit, quasi fumum aromatum ex thuribulo educit, vt coram dilecto suaue redoleat, et pximos quosque ad eius amorem per bona exempla concitare non desinat. Sed notandum quia non ait vniuersi pigmenti, sed vniuersi pulueris pigmentarij. Pigmenta quippe facimus, quando virtutes in corde congregamus. Quando vero ipsas virtutes nostras p singula quecumque opa diligentius retractamus, ne quid in operibus nostris incultum remaneat, ne inter virtutes vitium lateat, tunc proculdubio vnguenta virtutum quasi in puluerem tundimus vt eo mundiora sint opera nostra quo subtilius ea ab omni subreptione vitiorum discernere non cessamus. Huiuscemodi mentes dilecto suo delectabiles se per eius gratiam faciunt et dum ab omni mundano strepitu se diuidunt: locum in quo sponsus requiescat in se ipsis componunt. De qua requie subditur.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. omnes tenentes gladios. et ad bella doctissimi.

Salomon quippe pacificus interpretatur. Quid ergo. per Salomonem: nisi christus intelligitur. de quo scriptum est ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Salomoni ergo lectulum facimus: quando a mundanis sollicitudinibus omnino cessamus. Dum in solo christi desiderio libenter pausamus: eique vt nobiscum pauset cor ab omni terrena cupiditate mundamus. Denarius autem numerus si p senarium multiplicetur nimirum sexaginta complentur. Per denarium itaque decalogum legis accipimus:

per senarium autem totum hoc tempus intelligimus, qd̄ sex dieb⁹ operatorijs volui videmus. per sexagita ergo fortes, omnes perfectos qui fuerūt ante nos in ecclesia intelligimus, que dum decem precepta legis quo spiritualius, eo fortius in sex dieb⁹ compleuerūt, quasi sexagenarium numerū perfecerūt. Hi lectulū Salomonis ambiunt, q2 mētem sanctam in qua xp̄s pausat, verbis & exēplis muniūt, quibus ad aditu mētis veniētes hostes repellūt, dum ipsam mentem exēplis sustinēt, scriptis erudiūt, Hi tenent gladios & ad bella doctissimi existūt, quia dum verbum dei opere complēt, quod corde sciunt magis ac magis semper docti hostem suum demonē. s. sapiētia & fortitudine vincūt. Per gladiū enim verbum dei designatur p manus autem quibus gladios tenent, ipsa operatio figuratur. de quibus bene dicitur.

Unius cuiusqz ensis sup femur suum propter timores nocturnos.

Quid per ensem nisi rigorē couersationis, & quid per femur. nisi carnis appetitū accipimus? Electi ergo quiqz qui iam ad perfectionem vite profecti sunt semper ensem super femur suū ferūt, q2 rigore cōuersationis appetitum carnis assidue frangūt, ne hostis quē i nocte huiusmodi timēt, repēte veniēs mollem aditū inueniāt, & p voluptatis mollitiem eo facili⁹, quo voluptuosiores fuerint, ad grauiora peccata pducat. De laude itaqz Salomonis adhuc subdit cū dr̄.

Ferculū fecit sibi rex Salomon de lignis libani columnas ei⁹ fecit argenteas. reclinatoriū aureū. Ascēsum purpureū media charitate constrauit. propter filias hierusalem.

Libani ligni imputribilia esse asserūtur: Ferculum ergo sibi rex Salomon de lignis libani fecit, q2 s̄m prescientie sue gratiam xp̄s sanctam ecclesiam de ineternū permāsuris sāctis cōstruxit. Colūnas ei⁹ fecit argēteas, q2 eidem ecclesie predicatores dedit, qui & vt eam exemplis sustētarent magna iustitie rectitudine roborauit. & vt predicatiōibus erudirēt, nitore eloquij quasi splēdore argēti decorauit. Reclina

torium aureum fecit, q2 dus in cordibus perfectorum resplēduit, eis diuinitatis sue potētiaꝫ per cōtemplationē ostēdit. In qua cōtemplatione dum eis pulchritudinem celestium gaudiorum mōstrauit, quasi reclinatorium ex auro eis composuit, q2 locū in quo se refocillātes requiescāt apposuit. Quod reclinatorium bn̄ aureum esse dicitur, quia melior est sapiētia cūctis opibus, ⁊ omnia que desiderātur, huic non valēt comparari. Ad hoc reclinatoriuꝫ multis laboribus peruenitur, multis tribulationibus ascēditur, ita vt si necesse fuerit ēt sanguis effundi ꝑmittatur. Ideo recte ascēsus purpureus esse dicitur. Duꝫ enim sancti quiqꝫ martyres propter vitam eternam corpora sua ad supplicia tradiderūt, duꝫ flagella, eculeos, ignes, gladios, ⁊ alia innumerabilia tormēta patiēter pertulerūt, nō ne ad reclinatorium istud. beatam. s. vitā per ascēsum purpureū ascēderunt? Sed nos miseri qd agimus qui ī hoc ferculo columne argētee nō sumus, q2 ecclesiam sanctam, nec exēplis sustētamus, nec predicatiōe docemus, in ea reclinatoriū aureum nō habemus, q2 terrenis cogitationibus inuoluti ad splēdorem sapiētie per cōtemplationem nō assurgimus. Ascēsum purpureum nec ēt cognoscimus, q2 voluptatibus vacātes, labores ⁊ persecutiones ꝓ eterna beatitudīe ferre recusamus. Cōsolatur nos aliquātulum qđ de hoc ferculo subditur.

Media charitate cōstrauit ꝓpter filias hierusalē. Quid enim per filias hierusalem, cum nō filios sꝫ filias dixerit itelligimus, nisi nos debiles qui in ecclesia nō viri, sed femine sumus, q2 contra vitia fortiter. nō reluctamur. viriliter nō resistimus muliebriter subiacem⁹? Dierusalem enim visio pacis interpretatur, per quā ecclesia que est mater nostra designatur, eo qđ assidue pacem perpetuam cōtemplatur. Si ergo nos in ferculo regis colūne argētee non sumus, reclinatorium aureum nō habemus, per ascēsum purpureū ascēdere nō valemus, saltem charitatem que cōis oibus electis quasi in medio posita est, teneamus. Per hāc quippe rex Salomon nos in ferculo suo esse cognoscit, q2 in

eo cum colūnis argēteis: cuȝ reclinatorio aureo: cū ascēsu purpureo pp filias hierusa-leȝ ēt mediāte charitate con strauit: qꝛ cū ecclesia mēbꝛis ad eādem spōsi beatitudineȝ peruenimus, si charitateȝ in deffessaȝ obseruamꝰ. Seqꝛ.

Egredimini ⁊ videte filie syon regem Salomoneȝ. i dyademate quo coꝛonauit eum mater sua, in die desponsationis illius, ⁊ in die letitie coꝛdis eius.

Mater xp̄i beata Maria eē creditur, que coꝛonauit eum dyademate. qꝛ humanitateȝ nostraȝ ex ea ipse assumpsit, sicut ex euangelio recitatur. ⁊ hoc in die desponsationis eius. ⁊ in die letitie coꝛdis eius factū eē dr, qꝛ qñ vnigenitus dei filius diuinitatem suā humanitati nr̄e copulare voluit, qñ per bonā volūtatē suā tpe opoꝛtuno ecclesiam suā spōsam sibi assumere placuit, tūc cuȝ charitatis exultatione carneȝ nr̄am ex matre virgine suscipere voluit: in qua cuȝ doloꝛibus ꝓ tpe viuēs de redemptiōe nostra vehemēter exultauit. Sȝ cū dyadema pꝛo gloꝛia assumatur, in humāitatis aūt susceptiōe nō gloꝛia xp̄i dei, sed humilitas eē cognoscit: quō humanitate nr̄a quasi dyademate coꝛonatus fuisse dr. Sed cum ipsa eius icarnatio vere gloꝛia nr̄a fuerit, qꝛ mēbꝛa eius sumus ꝓpter cōiōeȝ coꝛpis. dyadema mēbꝛoꝝ bn̄ capitis scriptura ꝓdixit. Hic itaqȝ a spōsa laudatur. ⁊ ipse vicissim spōsaȝ laudare dignatur dicēs.

Capitulum quartum.

QUaȝ pulchꝛa es amica mea. quā pulchꝛa es, oculi tui colūbaruȝ absqȝ eo qđ intrinsecus latet.

Quia hoc superius sicut posuimus exposuimus. nūc eadem repetere pp bꝛeuitateȝ obseruādaȝ deuitamus. Sȝ qꝛ hic adiūctuȝ est absqȝ eo qđ intrīsecus latet, bꝛeuiter vidēdum est quō superioꝛibus cōiūgatur. Pulchꝛa est ergo spōsa. ⁊ oculi eius colūbarū absqȝ eo qđ intrīsecus latet, qꝛ valde honestū est, qđ quid in exterioꝛibus opatur. ꝙ simplr inter hoīes conuersatur, ꝙ ea q̄ videt tēpoꝛaliter cōcupiscere dignatur, ⁊ si aliquid tn̄ in hoc mūdo placet post cōcupiscentias suas ire detestatur. Sȝ vehemēter pul-

chrius est. et honestius quam cordis desideriũ illibatũ retinere conaẽ, quam eterne beatitudinis claritatẽ in mẽte retinet errecta cõtemplatur, quam in his que interius videt suauiter requiescit et mũdaẽ. Sequitur.

Capilli tui sicut grex caprarum que ascenderunt de monte galaad.

Si p oculos pdicatores desiguãtur qui ceteris viam ostẽdũt bñ: per capillos populi figurãtur, quia eidẽ ecclesie ornatum tribuũt. Capilli ergo spõse sicut grex caprarũ esse dicuntur, quia populi ecclesie dum pcepta legis ruminãtes celestia fide cõtẽplãtur. munda sunt aialia: et in altis pascũtur. Galaad. aũt aceruus testimonij iterpretaẽ. Quid ergo per aceruum testimonij, nisi mltitudinẽ martyr intelligimus, q dũ fidem xpi insepabiliter tenuerũt: eos testimoniũ veritatis etiam p mortem suã perhibuisse scimus. Grex itaque caprarũ de mõte galaad ascẽdit: quia populus ecclesie eo magis fide se ad eterna suspẽdit: quo fortius sanctos martyres eidem fidei testimonium perhibuisse sciuit. Sequitur.

Dentes tui sicut grex tõsarũ que ascẽderũt de lauacro.

Sicut per oculos predicatores intelliguntur: quia p eos ecclesia illuminaẽ. sitr et dẽtes eidẽ pñt dici: quia p eos ĩfideles cõsumunẽ. et puuli nutriũtur. Dẽtes quippe bñ sci pdicatores vocanẽ: quia dũ sanctam scripturã exponẽdo minoribus frib9 elucidãt: quasi panẽ puulis tanquã mrẽs filijs cõmasticant: quo infirmi ad fortia cõualescãt. Hi nimirũ bñ sicut grex tõsarũ que ascẽderũt de lauacro eẽ dicũtur: quia dũ se a peccatis oĩb9 ĩ baptismo ablutos eẽ recordanẽ: libẽter onera mũdi deponũt: vt ad celestia cõsequẽda: et pdicãda quo liberius: eo facilius gradiaẽ. De qb9 subdiẽ.

Omnes gemellis fetibus et sterilis nõ est inter illas.

Gemellos fetus oẽs pdicatores sci hñt: quia in duob9 pceptis charitatis ceteros homines supeminẽt: geminã dilectionẽ pdicãt: et in ea duos pp̃los iudaicũ et gẽtilem gignere nõ cessant inter quos nullus est sterilis: quia pfecto pdicator nõ dicẽdus ẽ si spirituales filios gignẽ cõtẽnit de qbus adhuc subditur.

Sicut vita coccinea labia tua, et eloquiũ tuũ dulce.

Idē predicatores labia ecclesie dn̄r, q2 nimirum p eos populis precepta vite loquitur, qui bene sicut vita dn̄r, q2 dum fluxas cogitationes in cordibus hominum suis predicationibus restrīgūt, quasi sparsos crines ne immoderate defluāt reprimūt Sed quid est quod nō tātus vite sed coccinee vite comparantur, nisi q2 per coccum, charitatis flāma itelligitur, quaꝫ illi ardēt ⁊ per eos aliq̄ accēdūtur: Per quos eloquium sancte ecclesie dulcorat, q2 dum que dicūt faciūt pre dicationes suas hominibus quasi sapidas escas apponūt. Sequitur.

Sicut fragmen mali punici ita gene tue absque occultis tuis.

Quid per genas ecclesie, nisi eosdem ipsos predicatores intelligimus, qui dum in populis vt eis pficiāt, eminēt, quasi in facie ecclesie manifesti apparēt: Per maluꝫ autē punicum ipsa ecclesia designatur, q2 dum multos populos in vnitate fidei mittit, quasi multa grana sub vno cortice stringit. Fragmen ergo mali punici sancti predicatores existūt, q2 se in seruitio diuino ceteris fortius affligunt, duꝫ omnia mūdana cōtemnunt, dum voluntates suas abnegāt ⁊ vitia sua omnino mortificant ceteros excellūt, ⁊ dum per exēpla sua ceteros nutriūt, quasi fracti ⁊ aperti se cibos offerūt. Sꝫ q̄uis magna sint que extrinsecus apparent, maiora tamen in occulto retinent, que diuini oculi soli vidēt. ideo subiunctum est.

Sicut turris dauid collū tuum que edificata est cū propugnaculis.

Collum quippe extēdimus, quādo lōgius prospicere volumus. Propter aliud ergo sancti predicatores oculi, propter aliud dentes, ꝑpter aliud autem gene, ⁊ collum propter aliud cōueniēter vocātur. Bene itaqꝫ sicut turris dauid collum sancte ecclesie dicitur, q2 sancti predicatores procul videntes, hostes sancte ecclesie speculantur ⁊ fortiter resistūt, si quid in ecclesia ledere conātur ⁊ libere terrena despiciētes celestia cōtemplantur. Colluꝫ ergo propter hostium speculationem, turris vero propter fortitudineꝫ ⁊ propter excelsam celestium gaudiorꝫ cōtēplationē.

templationē. Que turris recte dauid esse dr̄, qꝛ dauid manu fortis interpretaꝛ per qd̄ xp̄s significaꝛ cuius est qcquid forte ꝛ excelsum operatur. De qua sequitur.

Que edificata est cuȝ propugnaculis. Mille clipei pendent ex ea omnis armatura fortium.

Cum propugnaculis turris dauid edificata dr̄, qꝛ sancti predicatores contra aduersarios hoīes si necesse est miraculis armātur. Contra autem vitia clypeis se muniunt, qꝛ ne spiritualibus hostibus succumbāt. virtutibus se defendūt. In quibus omnis armatura fortium pendet, qꝛ quisquis hostium cuneis fortiter resistere vult in eis exempla videt quibus armatus, hostes strēnue superare valeat. Mille auteȝ hic ꝓ perfectiōe ponitur, qꝛ in millenario numero omnes numeri perfecte complentur. Sequitur.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capree gemelli q pascuntur in lilijs. donec aspiret dies. ꝛ inclinentur vmbre.

Per duo vbera duo predicatorum ordines, vnus ī circūcisione. alius in ꝓputio designatur. Qui bn̄ sicut duo hinnuli capree dn̄r. qꝛ ꝛ filij sinagoge cristiūt ꝛ in montibus contemplationum pascūtur. Gemelli vero ideo dicti sunt, qꝛ cōcorditer predicant. ꝛ cōcorditer sapiūt. In lilijs vero pascuntur donec aspiret dies ꝛ inclinētur vmbre, qꝛ mūditiaȝ infatigabiliter sectātur. donec ī die iudicij premia recipiāt, q̄ in labore noctis. assidue cōtemplātur. Seqꝛ spōsus dicēs.

Uadam ad montem mirre. ꝛ ad collem thuris.

Quid per mōtem mirre nisi fortē altitudinem mortificationis in opere? Et quid per collē thuris ītelligimus, nisi altaȝ humilitatē in oratiōe? Ad mōtem ergo mirre, ꝛ ad collem thuris, spōsus vadit, quia eos familiariter visitat quos per mortificationē vitiorū ad alta proficere ꝛ per humiles ꝛ mūdas orationes suauiter redolere prospicit. His quippe virtutibus sancta ecclesia vel vna queqȝ aīa mūda efficitur, qꝛ dum ꝑ voluptatū mortificationem vitijs reluctatur, ꝛ per sanctas oratiōes frequenter lachry

mis abluit, sordes lauat vt sponso placeat, cui pulchra apparere conatur. Cuius conatuȝ ad effectuȝ spōsus per gratiam suam ducit, opusqȝ suū in spōsa benigne laudat ⁊ dicit.

Tota pulchra es amica mea, ⁊ macula nō est i te.

Cum scriptum sit nemo sine peccato viuit nec infans cuius vita est vnius diei super terram: Quid est q̄ spōsa tota pulchra esse dicit̄ in qua macula non habet̄. Alibi āt scriptū ē. Stelle nō sunt mūde in cōspectu dei. Et alibi. In multis enim offendimus omnes. Et Joānes Apostol⁹ ait. Si dixerimus qꝛ peccatum nō habemus veritas in nobis nō est. Et idē. Si dixerimus qꝛ nō peccauimus mentiemur ⁊ nō facimus veritatē. Sed duȝ sancta aīa a peccatis quottidianis se per penitētiam mūdat, dū quottidie peccata minuta cum lachrymis abluit, ⁊ a maiōib⁹ se obseruat, q̄uis frequēter peccet, p assiduā tñ penitentiā, mūditiā suā assidue seruat. Hinc enim alibi p̄cipit̄. Semp sint vestimēta tua candida. Et illud. Justus auteȝ ex fide viuit. Quāuis enim moꝝ vt peccat a iustitia deuī et, tñ duȝ semp credit in euȝ. qui iustificat ipium ⁊ assidue sub eius fide peccata sua deflet, p assiduas ablutiones iustitiā suaȝ retinet. Se ita mūdanti sponse consequenter dicitur.

Ueni de libano spōsa mea veni de libano, veni.

Libanus quoqȝ. dealbatio interp̄tat̄. Quid ergo p libanū, nisi baptismus intelligit, in quo scā ecclesia aqua abluit, ⁊ a peccatoꝝ nigredine p spūm scm̄ quē recipit: ⁊ p xp̄i fidē dalbat̄. vñ scriptū est. Asperges me dñe ysopo ⁊ mūdaboꝛ, lauabis me ⁊ super niuē dealbaboꝛ. De libano ergo scā ecclesia ad coronā venit, qꝛ in xp̄i baptismo fidē pcepit, sub qua cum xp̄i gr̄a meret̄ vt p̄miū pcipe possit. Sed qd est q̄ ter dr̄ veni, nisi qꝛ in fide, ⁊ spe: ⁊ charitate, quicqd operat̄ subsistit vt his trib⁹ munita virtutibus robur, h̄eat, p qd in via nō lascescat: De fide enī dr̄. fide mundās coꝛda eoꝝ. Et iteꝝ sine fide ipossibile ē placere deo. De spe āt dicitur. Quis enī in te sperauit ⁊ derelictus est: Et iteꝝ. Nō confundent̄ oēs qui sperāt in te

dñe. De charitate át dr. Charitas opit multitudiné peccatop. Et itep. Si distribuero oés facultates meas in cibos paupep, et si tradidero corp⁹ meuz ita vt ardeá, charitaté auté nõ habuero nihil sum. Et Joánes Apostolus. Deus charitas é. Potest tñ et aliter intelligi, qđ ter df veni. Uenit spõsa ad xpm, dũ in hoc mũdo viués, bona q̃ põt operaf. venit qñ in hora mortis aĩa ipsa vz spõsa carne exuif venit tertio, qñ I die Judicij vltimo carné resumit, et cum xpo talamũ celesté ingredif. Jbi qppe oĩum labop suorũ premia cõsequitur. Jdeo ei per promissioné hic df.

Coronaberis de capite amana. de vertice sanir. et hermon. de cubilibus leonũ. de montibus pardop.

Quid p amana, sanir, et hermon, noia vz mõtiuz. nisi potétes huius seculi intelligũtur: qui quáto vitiores táto excelsiores et firmiores apđ infirmos esse vidétur. Sz de his mõtibus sancta ecclesia coronaf. qr duz regnũ eternuz pdicat, dum exéplo suo oĩa q̃ mundi sunt vilia eé demõstrat, ipsos ét potétes ad pñtiam inclinat et sibiipsi p eop acquisitione coronaz in celestibus parat. Sic quippe fit vt humiles superbos prosternát, et infirmi excelsos inclinét. Jdeo scriptũ est. Omnis vallis implebif, et omnis mons et collis humiliabitur. Sed quid est qđ nõ soluz de mõtibus, sz ét de capitibus mõtiuz coronáda eé df: nisi qđ Ipletum videmus, qr ipe excelsiores psone in xpz credũt: et eius pceptis per ecclesie pdicationé obediũt. Reges eniz et Jmperatores xpo seruiunt, coronas deponũt. et per penitentiam in ecclesia veniam petunt. Si itaqz per capita montium sumas personas itelligimus, bene per cubilia leonum, et mõtes pardoruz principes quiqz et ministri designátur: qui crudelitati inseruiunt et dolositatibus suis quos vi nõ possunt ledere, decipiunt. Pardi qppe maculas semp in cute portát, per quod quos alios q̃ hypocritas vel discordes designát. Jn illis quippe q crudelitaté sectantur, demones tanq̃ leones cubant, in illis quasi pardi mõtes edificát: quos duz vitijs suis aliquas virtutes admiscere consentiunt: pro omnibus bonis suis laudis gloriam affecta

re compellunt. Hi itaq; vere pardorū varietatem imitantur, q2 dum cum virtutibus etiam vitia sectātur, quasi in vario corio coloris dissimilitudine diuiduntur. Sed de cubilibus leonum ⁊ de mōtibus pardorꝫ ecclesia coronatur, q2 dum per eius predicationē, ⁊ crudeles ad pietatem, ⁊ hypochrite ad vite humilis vnitateꝫ cōuertūtur, ꝓ his oib⁹ premium percipiet qḋ meretur. Cui iterū dicit.

Vulnerasti cor meum soror mea: sponsa mea: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuoꝝ: ⁊ in vno crine colli tui.

Per oculos sponse sancte ecclesie ꝑdicatores sicut dictuꝫ est designātur, per crines vero populi multitudo figuratur, per collū autē sancti capitis ⁊ corporis cōiūctio demōstratur, que fides ecclesie intelligit. Per hāc enim corpus ⁊ caput cōiūgitur, dum xpo quisqꝫ eo tenatius inhbet, quo fidelior in bona cōuersatione habet. In vno ergo oculoꝝ ⁊ in vno crine colli spōse spōsus vulneratur, q2 ꝑfecto vsqꝫ ad mortē crucis efficitur, vt vnitas predicatorū ⁊ plebis in ecclesia cōfirmetur. De cuius dilectiōe erga sponsum. iterum subdit sponsus.

Quam pulchre sunt mamme tue soror mea sponsa mea.

Quid per māmas cōuenientius in hoc loco, q̄ ipsa dilectio dei ⁊ proximi, de qua superius diximus itelligit. Per quas mens sancta omnes sensus suos suaui dilectione nutrit, dum deo suo charitatis tenacitate cōglutinat, ⁊ proximis siquid vtilitatis habet qñ licet libenter impēdit. Has māmas spōse quātum spōsus diligat in repetitione laudis aperte manifestat, dicens.

Pulchriora vbera tua vino.

Quod superius de spōsi vberibus diximus, hoc ⁊ hic cuꝫ de sponsa loquitur intelligi posse extimamus.

Et odor vnguentoꝝ tuoꝝ super omnia aromata.

Per vnguēta ipsas virtutes que ex charitate oriūtur itelligimus. Habēt nimirū etiaꝫ reprobi aliqñ aromata quibus fdolēt, q2 virtutes quasdam possidēt, ⁊ bona opera perpetrāt, sed quia sine charitate viuūt in conspectu dei

nulla que faciũt placẽt vñ in Judicio eis dicet. dñe nõne in noĩe tuo ꝓphetauimus: ⁊ in tuo noĩe multas virtutes fecimus? Respondebit eis. Nunq̃ noui vos. discedite a me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo vnguẽta ecclesie sup oĩa aromata redolere dicũtur, q: ⁊ si opera reprobo rum aliqñ hoĩbus placẽt, hec que sãcta ecclesia ex charitate cõficit in diuinis naribus sine cessatione redolẽt. Sequitur.

Fauus distillãs labia tua sponsa.

Predicatores sancte ecclesie bene labia spõse esse dicuntur: q: per eos populis loq̃tur ⁊ per os, paruuli quiq: ad fidem erudiũtur, dum per eos occulte scripture q̃si cordis latẽtia manifestãtur. Jn fauo autem mel latet ⁊ cera videtur. recte ergo labia spõse fauus vocãtur, q: dum in carnis fragilitate sapiẽtia magna habet, quasi mel ĩ cera abscõdit. Quãdo vero electus quisq: ꝑdicat, qñ celestia gaudia nesciẽtibus reuelat, tũc fau⁹ distillat, q: quãta dulcedo sapiẽtie in corde lateat per oris fragilitatem audientibus manifestat. Vñ scriptum est. Habemus thesaurũ istu: in vasis fictilib⁹. Jdeo subditur.

Mel ⁊ lac sub ligua tua.

Nimirum falsi predicatores mel in lingua portãt, qđ sub lingua nõ habent, q: celestia gaudia aliquãdo predicant tãqua: si veri essent, cum ipsi terrestria bona totis desiderijs appetãt. Sancta ꝟo mẽs mel in lingua pretẽdit, q: sapiẽtie dulcedinem loquẽdo ostẽdit: quã veraciter predicans audientes tanq̃ mellis dulcedine reficit. Lac gerit q: congruenti sibi doctrina paruulos quosq: in ecclesia nutrit. Sub lingua autẽ hec oĩa sibiipsi reseruat, q: internam dulcedinẽ assidue secu: portat. Dũ eni: terrena abijcit, dum vitioꝝ amaritudinẽ respuit, in interioribus sensibus sapientie dulcedine se pascit, qua robur colligit, vt ad eterna gradiẽs in labore vie lassescere non possit. Cui bene dicitur.

Et odor vestimentoꝝ tuorum sicut odor thuris.

Quid per vestimẽta hec, nisi sancta opera designãtur: q̃bus precedẽtium maloꝝ turpitudo operit. ne videãtur. Hinc enim scriptũ est. Beat⁹

qui intelligit ⁊ custodit vestimenta sua ne nudus ābulet, ⁊ videaƒ turpitudo ei⁹. Th⁹ vero per significationes pro oratiōe poniƒ sicut scriptum est. Aſcēdat oratio mea sicut incēsus in cōspectu tuo dn̄e. Scā itaq3 aīa in hoc mundo quāta pōt bono opaƒ, ⁊ bene operās desiderio ⁊ intētiōe scā ad eterna se extendit nihilq3 boni agit, nisi ea itētione, vt ad celestia q̄ diligit qn̄q3 puenire possit. Bn̄ igiƒ odor vestimētoꝝ ei⁹ sicut thuris eē pħibeƒ, q2 ī oībus operibus suis orat, dū pueniēdi intētiōe ea q̄ pōt bōa operatur. Sequitur.

Ortus conclusus est soror mea sponsa ortus conclusus fons signatus.

Ortus scā ecclesia existit, q2 dū populos multos in fide3 gignit. quasi flores pulchros terra bōa emittit, Qui ortus bn̄ cōclusus eē dƒ, q2 circūquaq3 muniƒ ne itra numeꝝ electoꝝ reprobus aliqs īgrediaƒ. vnaq̄q3 ēt scā aīa ortus cōclusus eē intelligiƒ: q2 dū virtutes nutrit flores gignit ⁊ du3 virtutū exhylaratione se reficit, fruct⁹ quos genuerat eadē custodit. Cōclusus enim ortus eē dƒ, q2 dū bona sua intētione vite eterne abscōdit, du3 humanas laudes oīno contēnit, ipsa bona intētiōe se circūsepit ne ad ī teriora rapienda hostis antiquus irrūpere possit. Fons ēt dƒ, q2 du3 celestia assidue cogitat du3 sciētiā scripturarū semꝑ ī vētre memorie cōgregat, quasi aquas viuētes sancta mēs in se gignere nō cessat, quas sitiētibus proximis ꝑbere vt reficiātur valeat. vnde scriptum est dicente dn̄o. Qui biberit ex aquā q̄ ego dabo ei, fiet ī eo fons aq̄ saliētis in vitā eternā. Et alibi. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina aq̄ viue fluent de vētre eius. S3 quare dƒ fons iste signatus: nisi q2 sensus spūalis indignis abscōdiƒ? Infideli enī hoī a dn̄o dƒ, spūs vbi vult spirat, ⁊ vocem eius audis, ⁊ nescis vn̄ veniat, aut quo vadat. Et iteꝝ scriptū est. Signatu3 est suꝑ nos lumē vult⁹ tui dn̄e. Quod ibi lumē signatum. ꝓculdubio hic fons signat⁹ eē perhibeƒ. Sanctus enim spiritus mente3 quā replet ⁊ illuminās irrorat, ⁊ irrorans illuminat, vt ⁊ de luce ei⁹ videat quid appetat: ⁊ de rore ei⁹ se refrigeret ne lascescat. Sequitur.

Emissiões tue paradisus malorum punicorum cuȝ pomorum fructibus.

Quid emittit sancta ecclesia nisi cum sanctis opibus sancta vba qbus filios gignit ꝛ nutrit: Quoꝝ duȝ alios vsqȝ ad martyriũ pducit, alios in sancta cõuersatione erudit: hos sanguine martyrij rubẽtes ad eternam patriã transmittit, illos vero in sanctis operibus viuẽtes proximis in exemplũ sanctitatis tradit: quid aliud ꝙ̃ mala punica ꝛ pomoꝝ fructus emittit: Mala enim punica sub rubeo cortice multitudinẽ granoꝝ cõtinẽt, fructus vero pomoꝝ in se refectiõis dulcedinẽ habẽt. Sic sic martyres dum sub igne tribulationis laborãt, duȝ pro xpo sanguinem exterius fundere nõ dubitant, multitudineȝ virtutũ interius sibi in mente cõgregant. Sancti etiã quiqȝ qui in pace ecclesie viuunt fruct⁹ pomoꝝ gerunt, qꝛ dum per sancta opera pficiunt, proximis exempla tribuunt, quorum exhibitione se qui volunt reficiunt. Quotquot enĩ sunt in ecclesia sancti siue igne passionis ardeant, siue in pace ecclesie quiescentes succrescant, sanctaꝝ virtutũ odorẽ tanꝙ̃ paradisum suauitatis ꝛ deliciaꝝ cõstruere. in se dum viuunt nõ cessant. Cuius paradisi vbertatem, scriptura demõstrat, dũ sub voce spõsi per arbustoꝝ nomina, quasqȝ virtutes desĩgnat dicens.

Cypri cuȝ nardo, nardus ꝛ croc⁹, fistula ꝛ cynamomus cum vniuersis lignis libani: mirre ꝛ aloe, cum omnibus primis vnguentis.

Quid enim per has diuersas species aromaticas desĩgnatur: nisi sanctaꝝ virtutũ honor ꝛ profectus qui ĩ sanctis habet: Ex his qppe speciebus regalia vnguenta cõficiuntur, ex his corporuȝ sanitates inueniuntur. Bñ igitur virtutes animarum desĩgnant: quibus congregatis ꝛ confectis: ꝛ bonus odor opiniõis egreditur, ꝛ egris animabus competens sanitas reparatur. Sed adhuc laus ecclesie sponso repetitur cum subditur.

Fons ortoꝝ puteus aquarum viuentium, que fluũt impetu de libano.

Recte in emissionib⁹ ecclesie

fons ortoꝝ ꝛ puteus aquarū viuētiū deſcribit. Quid enīꝫ per fontē ꝛ puteum: niſi ſancta ſcriptura dſignatur, que ſic aquā ſapientie generat vt ꝛ potātes ſemp reficiat: ꝛ tamē manare nō deſiſtat? Que bene ortoꝝ eſſe ꝓhibetur: qꝛ illorū eſt ſcriptura ſancta in quoꝝ mētibus virtutū ſemina oriūtur. Sed querēdum nobis ē: quare fons ꝛ puteꝰ vtrūqꝫ ſimul ī ſcriptura dicatur: cū fons in ſupficie appareat: puteus vero in imis latēs oēs q̄rentes ſe maiori labore exerceat? Sed ſciēduꝫ eſt ꝙ diuina ſcriptura in quibuſdā manifeſta exiſtēs: in quibuſdam vero locis obſcuraꝫ ſe ꝑbens: ꝛ aliqñ leuiter ſicut inuenit tanq̄ fons potatur: ꝛ aliqñ magna inquiſitione eget vt inuenta ſumat. Quia vero ſancte ſcripture intellectus p aquā deſignetur. oſtēdit alibi, cuꝫ diuina voce de reprobis dr. Mittā eis ſitiꝫ aq̄, ꝛ famē panis. Et p Eſaiā dr. Auferet dñs ab Hieruſalē ꝛ iudā omne robur panis ꝛ omne robur aq̄. vbi notanduꝫ ꝙ robur panis: ꝛ poſtea robur aque auferi: duꝫ grauia dicta ſcripture non pquirūtur vt mādantur, paulatiꝫ a ſciētia decidit mēs vt aliqñ nec leuia ēt intellectu capiantur. Sꝫ aque iſte bñ de libāo fluere cū īpetu dicūtur. Libanus enim (vt dictū eſt) de albatio interpretatur. In baptiſmo qppe dalbamur, dū amiſſa nigredine peccatorū ad mūditiā noue vite reformamur. De libano ergo aq̄ putei fluūt, qꝛ ī baptiſmo electi quiqꝫ donū ſci ſpūs accipiūt, quo illuminati ſcripture ſcē ſenſum ītelligūt. Que ſcripture ſciētia tāto impetu fluūt, vt electos dū tangit ab huius vite amore ſubmoueat: ꝛ ad eterna gaudia impetus ſui fortitudīe quoſqꝫ adherētes traiciat. Hinc eſt enī ꝙ in pſal'o ſcribit. Flumis ī petus letificat ciuitateꝫ dei: cum per donum ſancti ſpiritus fortiter inundans ſcripture ſapientia: vel ſanctaꝫ eccleſiam vel cuiuſlibet capientis mente: infuſiōe ſua exhilarat. Ad cuiꝰ ſpiritus aduentum malignus ſpiritus increpatur cum hic in ſubſequentibus dicitur.

Surge aquilo. ꝛ veni auſter perfla ortum meum ꝛ fluent aromata illius.

Quid enim p aquilonēꝫ qui in frigore conſtringit ꝛ torpentes facit: niſi immundus

spiritus designatur, qui reprobos oēs dū possidet a bono opere torpere cogit. Per austrū vero. calidum. s. ventuz spiritus sanctus figurat, qui dum mētes electoꝝ tangit, ab omni torpoꝛ relarat: ꝛ feruētes facit: vt bona q̄qz desiderāter operētur. Hinc enim dr. Cōuerte dñe captiuitatē nostram sicut torrens in austro. Surgat aqlo ꝛ veniat auster: ꝛ pflet ortū spōsi ꝛ fluant aromata illius: vt vz spiritus malignus ab ecclesia, vel ab vnaquaqz aīa electa descēdat, ꝛ spiritus sanctus aduēiat: qui veniēs charitatis ignez cogitationibus infundat: ꝛ a torpore negligētie dum se infuderit soluat. Quod dum agit aromata fluūt: qꝛ dum adueniente spiritu sancto cor qd prius torpuerat ad sācta opera se excitat, mox sancte operationis opiniōes per proximos quosqz suauiter discurrunt, vt quiqz audiētes ad eadē se accēdāt: et austro flante idest spiritu sancto se infundente virtutum odores emittāt: vt vbiqz sanctus ortus floreat: ꝛ post florem fructus redolētes ꝛ reficiētes producat. In quē ortū spōsa dilectum inuitat cum subdit.

Capi. V.

Eniat dilectus meus in ortum suuz ꝛ comedat fructum pomorum suorum.

In ortum suum dilectus venit ꝛ fructum comedit, quādo xps mētes visitat, ꝛ bonorum operum delectatione se satiat. vnde ꝛ idem subijciēs dicit.

Ueni in ortum meum soror mea spōsa. messui mirram meam cum aromatibus meis. Comedi fauuz meum cum melle meo bibi vinum meum cum lacte meo.

Mirrā dilectus cum aromatibus metit: qñ xps mortificatione vite ad perfectionez pductam⁹ electū suū ab hac vita succidēs: ad celeste horreum cū sancta opiniōe īducit. Fauū cū melle comedit, qñ desideriū sanctū cuz sanctis operibus latēs perficit, ꝛ ad sanctoꝝ cōniuium sanctam animā sua dilectiōe in pinguatā trāsigit. Uinuz vero cum lacte bibit, qñ ꝛ perfectiōe quorūdam se reficit, ꝛ innocētiam. siue ignorātiā alioꝝ cum pietate dirigens

vtrosq; ad eternū cōuiuium ingerit. Ad quorum exemplum quosq; remanentes inuitat, cum subiūgit.

Comedite amici et iebria mini charissimi.

Notādum in primis est, quia qui comedunt amici, qui vero bibūt et inebriātur charissimi esse perhibētur. In quibus verbis intelligi daf: q in hoc loco comedere bonum ēst: s3 bibere et inebriari amplius bonum est. Sunt nimirum quidā in sancta ecclesia: qui sic diuina precepta audiunt, vt celestia plusquam terrena amare discāt: pro quorum desiderio multa paupe ribus tribuāt, a prauis operibus se custodiūt, nulla alicui violēter rapiāt: ecclesie pdicationem libēter audiant, in fide se instruāt, quā et operibus sanctis exerceant: et tñ vxores habēt: pignora nutriunt: res suas diligunt, quibus his oībus xpm preponunt. Hi profecto comedūt: et amici sunt, q sanctam scripturā audiētes: talem sibi refectionem assumūt, vt et si ad summam perfectionis adhuc nō assurgūt: tñ secūdum modum suum perfecti in diuinis precepti sine crimine viuunt. Quod dum beati Joānis parētes Zacharias. vz. et Elisabeth cōseruare studuerūt: per reuelationē angelicam in senectute sua filium accipere meruerūt, quo maior inter natos mulierum nemo surrexit: qui et ipsum saluatorem mūdi digito ostendere et baptizare meruit. De cuius parētibus df. Erāt autē ambo iusti ante deum incedētes in oībus mādatis et iustificationibus dñi sine querela. Sūt vero alij qui tanta auiditate diuinam scripturam audiunt vel legūt: vt protinus cūctis terrenis opib9 abdicatis sola celestia ambiant parentes vxores, domos, filios etiam et omnia trāsitoria abijciant solūmō xpm sequi et amplecti cōcupiscunt. Eius desiderio se affligūt: ieiunijs afficiunt lachrymis exercēt meditationibus diuinis sola que sunt eterna cogitāt, cōtēplationibus vacāt: ad hoc tamē laborātes: vt ea q retro sunt obliuiscētes, i anteriora magis ac magis se extēdāt. Quid profecto isti, qd aliud agūt: nisi bibentes inebriātur: vt dū oīum terrenorum per desiderium obliuiscūtur iure a spōso celesti nō tātum amici: sed charissimi dici mereantur

tur. De quibus sponsus idem sequitur.

Ego dormio et cor meum vigilat.

Huiusmodi quippe electi cor sponsi bene vocari possunt, qui quo amplius exteriora que sunt in mundo fugiunt, eo secretius ea que sunt interiora sponsi cognoscunt. De quibus procul dubio idem sponsus alibi dicit, Qui diligit me diligetur a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum. Dormit ergo sponsus et cor eius vigilat, quia dum christus iam glorificatus in beatitudine quiescit, quicunque eum perfecte diligit, vt ad ipsum perueniat laborat. De qua vigilantia sponsa superius dixit. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Quod ergo illud quiescere dormire dicatur, idem manifestat qui alibi loquitur, In pace in idipsum dormiam et requiescam. Quod tamen ipsum: et ipsa sponsa de se dicere potest. Dicat ergo. (Ego dormio et cor meum vigilat.) Ac si aperte mens sancta loqueretur dicens. Dum a mundanis tumultibus exterius dormio, interiori cogitatione que sunt celestia vigilans penso. Sancti etenim viri dum terrena omnia despiciunt: et dum tumultus mundi omnino fugiunt: dum ocium in via dei assumunt, nequaquam vt torpori vacent ea dimittunt: sed interius laborantes que sint illa ad que facti sunt in corde aspicere contendunt. Neque enim vt torpeant dormiunt: sed vt liberius eterna contemplentur, a transitorijs rebus quiescant. Quos tamen aliquando sponsus ad profectum proximorum excitat, et vt eis cum quibus viuunt proficiant: ab ocio quod diligunt reuocat. Cuius vocem audiens etiam cum dormit sponsa dicit.

Uox dilecti mei pulsantis. Quid etiam dicat pulsans. subiungit. v.

Aperi mihi soror mea: amica mea: columba mea: immaculata mea.

Causam etiam clamoris annectit subdens.

Quia caput meum plenum est rore: et cincini mei guttis noctium.

Dum sponsa dormit dilectus vt aperiatur ei pulsat: quia dum sancta mens sibi ipsi per ocium intendit: christus multa peccatorum opera in hoc mundo tollerat: que nisi spirituales viri, ad

doctrinā se accingāt: nūquā per seipos carnales vł agnoscunt: vel corrigere curant. Uult ergo spōsus vt aliquādo ociū dimittatur, ⁊ i edificationes primorum spūales quiq; sollicitētur: qꝛ dū pfecti viri sibi solis per interiorem quietē ītēdūt, dolet spōsus ꝙ seculares ad peiora magis ac magis corruūt: dū eū propter silētium spiritualiū semp minus ac minus cognoscunt. Quod ipse manifestat cum subdit.

Quia caput meum plenū est rore: ⁊ cincini mei guttis noctium.

Sunamitis quippe captiua īterpretatur. Sunamitis er go vt reuertatur vocatur: qr synagoge in fine mūdi fides ab ecclesia offertur, vt digni tatem pristinā recipiat, que sub īfidelitatis iugo a demo nibus captiuatur. Et bñ qua ter reuerti admonetur, qr in quattuor mundi partes mo do iudei dispersi sunt q vbi cunqȝ fuerint, vt dictum est, in fine cōuertētur. Sicut pre dictum est per prophetam. Si fuerit numerus filiorū Jsrael velud arena maris: reliquie salue fient. Reuerta tur ergo sunamitis vt eā in tueamur: idest synagoga ad fidem cōuertatur. Et in penī tētia sua oībus ostendat quā tum malum faciebat quādo deum suum in cruce cōfige bat. Sed protinus cū eccle sia fidē synagoge intueri ap petit, sponsus cōgratulādo quasi interrogās respondet ꝛ dicit.

Capitulum. VII.

Quid videbitis vel videbis in sunamite. nisi choros castrorum. Castra quippe militantium sunt. Castra ergo in sunamite videbuntur, quia in fide quam modo impugnat tunc robuste contra perfidos preliabitur. Sed quia hoc per sanctam ecclesiam fiet ut synagoga conuertatur, quia sermonibus et exemplis predicatorum ad fidem reducetur, ideo recte ad laudem sponse sponsus se conuertit dicens.

Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis.

Filie principis ecclesia sancta dicitur, quia predicatione christi in vitam nouam regeneratur, qui per diuinitatis potentiam omni creature quam condidit principatur. Quid sunt autem calciamenta ecclesie, nisi exempla precedentium patrum quibus in via mundi huius munitur: ut per omnes tribulationes que exurgunt confidenter calciata gradiatur. Unde et alibi predicatoribus dicitur Calciati pedes in preparatione euangelii pacis Calciamenta quippe de mortuis animalibus fiunt. Et nos pedes spiritualiter calciamus, quando a patribus sanctis carne mortuis exempla sumimus, ut ad eorum similitudinem mundi huius tentationes expugnemus. Potest tamen intelligi quod ecclesia calciatur, quando in predicatione sua ad perferenda insurgentia mala morte christi munitur. Pulchri sunt ergo gressus sponse calciate que filia est principis, quia coram diuinis oculis placet officium cuiuslibet electi secundum exempla patrum predicantis sequitur.

Junctura femorum tuorum sicut monilia.

Per duo femora sponse duo populi ecclesie, per iuncturam femorum concordia designatur predicatorum, quibus populi vniuntur dum ad fidem catholicam circumcisio et preputium per eos erudiuntur. Qui ut monilia existunt, quia dum in sapientia qua refulgent sancta opera faciunt, quasi in auro lapides gerunt de quibus sequitur.

Que fabricata sunt manu artificis.

Manu artificis monilia fabricantur, quia opere christi predicatores pulchri et vtiles effi-

ciuntur. Sequitur.

Umbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis.

Umbilicus est sanctorum predicatorum ordo est. Qui bene crater esse dicit, qr dum per eos populus erudit vino spirituali ipsorum officio debriatur. Qui bn tornatilis nũcupatur, qr iuxta mores. Diuersos hoium, necesse est vt lingua predicatoris voluat. Qui poculis nõ indiget: qr qd alijs propinat necesse est vt ceteris habũdãtius bibat, et plenius quã dat contineat Sequitur.

Uenter tuus sicut aceru⁹ tritici vallatus lilijs.

Per ventrẽ populi latitudo designatur. Qui bene sunt aceruus tritici lilijs vallat⁹, qr dum sanctis operibus intendẽs, in horreum celeste pparatur, exemplis sanctorũ vt perseuerct vndiqz munit. De quibus iterum dicitur.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capree gemelli.

Duo vbera duo populi existunt, qr dum in amore fraterno semper viuũt: se inuicem lacte pietatis in charitate nutriũt. Qui bn duo hinnuli capree gemelli nominãtur, qr dum per predicationem synagoge geniti in fide eius scripturis nutriũtur, in eternitatis speciem intẽdentes quasi in mõtibus concordes pascũtur. De quorum predicatoribus. sequitur.

Collum tuum sicut turris eburnea.

Collum sponse sicut turris eburnea dicitur, qr predicatores ecclesie et alti per contemplationẽ, et fortes p sanctorum opera exercitationẽ, et preciosi per diuinam sapiẽtiam habẽtur. De quibus iterum dicitur.

Oculi tui sicut piscine in esebon. que sunt in porta filie multitudinis.

Esebon angulũ meroris interpretatur. Oculi ergo spõse sicut piscine in esebon dicũtur, qr dum de peregrinatione sua cõtristantur, et merore roborati cõtra spirituales hostes accingũtur, lachrymis se lauant, vt per eos populi cõuenienter coram deo mũdentur. In porta autem filie multitudinis sunt, quia in fide stant, per quam ecclesie multitudinem ad celestia introducunt. Sequitur.

Nasus tuus sicut turris libani

libani que respicit contra damascum.
Jn naso odoris discretio habetur. Per nasum ergo odor predicatorum designatur, quia per eos nobis virtutum odores, et vitiorum fetores demonstrantur. Sed nasus sicut turris libani existit, quia dum semel predicatores aqua baptismatis lauantur et quottidianis lachrymis a peccatis que contrahunt dealbantur. digni fiunt vt ad altiora magis ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris contra damascum respicit, quia peccatoribus semper sanctus aliquis, vel quilibet predicator contradicit. Damascus quippe sanguineus interpretatur. et peccatrici genti dicitur. Manus tue plene sunt sanguine. Sed quia de membris dixit dignum est vt de capite loquatur. ideo subditur.

Caput tuum vt carmelus. et come capitis tui vt purpura regis iuncta canalibus.

Caput ecclesie xpus. Qui bene vt carmelus dicitur, quia ipse per passionem quam sustinuit, ad gloriam patris est exaltatus. De quo scriptum est. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium. Jn carmelo quippe helyas orans pluuiam impetrauit. Et nos in carmelo orantes pluuiam impetramus: quando in xpm credentes xpm desideramus, et a patre irrigationem gratie suscipimus, quam rogamus. Moraliter autem caput sponse mens vocatur, quia sicut a capite membra, sic a mente omnes cogitatus nostri disponuntur. Carmelus autem scientia circumcisionis interpretatur. Caput ergo sponse vt carmelus esse perhibetur: quia quelibet sancta mens nouit qualiter digne circumcidatur, nouit quia nihil est quicquid in corpore agitur, si mens immunda fuerit que templum xpi efficitur si ab ipso inhabitatur. Quod quia pharisei non agebant ideo dicebat beatus Stephanus. eis quem occidebant. Dura ceruice, et incircumcisi cordibus et auribus, vos semper restitistis spiritui sancto. Come aut capitis eius vt purpura regis iuncta canalibus esse memoratur. Purpura quippe per fasciculos in canalibus ligatur. Sup quos dum aqua proijcitur per ca nales ad vestem que supposita est currit, vt vestis tingatur.

Et inde nomē accipit vt ticta colos purpureo purpura vocat. Que oīa scē mēti cōgruunt si itelligant. Come qppe capitis sūt cogitatiōes mentis. Que ī canalib⁹ ligant, qꝛ ī scripturis diuinis ne iutiliter fluant stringuntur. Super quas aqua pꝛoijcit. que vestem regiā currens tingit, quia incogitatiōibus sancte mētis gratia celestis suscipitur, ꝛ totam animam in celeste oꝛnamentum componit, vt iam tota anima in vitam eternaꝫ inardescat, ꝛ ad eternum sponsum ēt per sanguinem martyrij pargere concupiscat. De tota quippe ecclesia Paulus dicit. Qui exhibuit sibi ecclesiam vesteꝫ sine macula ꝛ ruga. Et de singulis fidelibuꝫ ecclesie dicitur. His omnibuꝫ velud oꝛnamēto vestieris. Sic ergo tincte. sic pulchꝛe. sic purpuree scē sponse agaudēs sponsus loquitur dicens.

Quam pulchꝛa es amica mea, ꝛ quam decoꝛa charissima in delitijs.

Notandum qꝛ charissima ē in delitijs, quia ad charitatē ꝛ familiaritatem chꝛisti non peruenit quisquis scripture sancte delitijs habūdare cōtemnit. Inde dicitur. Omnī habenti dabitur, ꝛ habundabit. Ei autem qui nō habet ꝛ quod videtur habere auferetur ab eo. His enim delitijs qui habundat reficitur. his refectus assidue ad maioꝛa percipienda pꝛeparat. Unde ꝛ huic sponse charissime dicitur.

Statura tua assimilata ē palme ꝛ vbera tua botris

Palma quippe. dum crescit deoꝛsum stringitur, ꝛ sursuꝫ dilatatur. Sic sancta anima ab imis ad minima incipit, ꝛ paulatim ad maioꝛa crescē do vsqꝫ ad amplitudinē pfecte charitatis puenit. Nemo eni (sicut scriptū est.) repente fit summus. In psalmo. autē de iusto homine dicit. Justuꝫ vt palma floꝛebit ꝛc. Uerba autē sponse duo pꝛecepta charitatis exīstūt, que animam quā possident vino celesti inebꝛiant ꝛ nutriunt. Potest tamē per palmā crux chꝛisti intelligi. Palma eniꝫ in sublime valde crescēs dulcissimos fruct⁹ gignit, ꝛ crux chꝛisti vobis celestem cibum pꝛeparauit. Cui statura spōse assimilat, qꝛ pꝛo chꝛisto pati non dubitat, quisquis chꝛistum valde diligens di-

gne imitatur. De palma sequitur. sponsus dicens.

Dixi. Ascendam in palmam apprehendam fructus eius.

Dixit vere et ascēdit, quia sic ante secula pro morte nostra mori disposuit, sic in fine mūdi propitius et verax ad implevit. In palmam ergo ascēdit, et fructus eius apprehendit, qz in cruce suspēsus fructum invenit. apprehēdit et nobis tribuit. Unde ad impletum est quod sequitur,

Et erunt vbera tua sicut botri vinee.

Vere per crucem vbera spōsi sicut botri vinee existunt, quia in morte duo precepta charitatis sensus anime susceperunt, quibus pasta anima debrietur, debriata posteriora obliviscatur, et in anteriora extendatur. His vberibus etiaz proximos nutrit et roboratos secuz ad ea que concupiscit producit. Unde scriptuz est. Qui audit, dicat veni. Sequitur.

Et odor oris tui sicut malorum.

Mala punica de quibus tamen sepe dictum est, hic rememorantur quorum odori, odor oris sponse bene satis assimilatur. Per mala autez punica martyres designari superius diximus. per os autem sponse hic debere intelligi eius predicationē putamus. Que dum virtutes martyrum predicant, dū ad eorum similitudinē animos audientium instigat, dum in vnius predicatiōe fidei multas virtutes esse manifestat, quid aliud quaz malorum odorem in ore portat, qz et rubores corticis in martyrio ostēdit quod predicat et in virtutibus multitudinem granorum sub eadē fide quasi sub eodem cortice demonstrat. De quo et subditur.

Guttur tuum quasi vinū optimum.

In gutture quippe est vox. Per guttur ergo ipsa predicatio iterum designatur, que quasi vinum optimum esse dicitur: quia mentes hominum inebriat vt peccatorum (sicut dictuz est) obliviscantur et in anteriora currētes lassentur. De quo sponsa verbum de ore sponsi suscipiens adiungit.

Dignum dilecto meo ad potandum: labiisqz et dentibus illius ruminanduz.

Tale est sponse vinum. vt dignum sit dilecto ad potādū, quia dum sancta ecclesia fidem veram predicat, dū auditores suos ad sancta opera excitat, dum solus christū diligere, imitari, amplecti, bonus esse verbis & operib⁹ demonstrat; quid aliud quā vinum suum dignus facit vt in ore. sponsi dulce sapiat? Quod bene xps potare dicitur, quia corpore suo.i.a populis fidelib⁹ amabiliter potatur. De quo notādum est, q̄ omnes potāt sed labia sola & soli dētes rumināt: quia dus perfectiores quiqȝ post auditus. verba ad memoriā reuocant, dum audita queqȝ exercitatiōe assidua, cogitāt, quasi ad os reuocātes quod sumpserūt quantum sit virtus cibi quem comederunt sentiunt. Idcirco in lege scribitur q̄ animal q̄ nō ruminat in mūdus habetur, quia quisquis bona que audit siue legit nō recogitat. vacās a sanctis cogitationibus necessario immūdas ꝯgregat. Sequitur sponsa & dicit.

Ego dilecto meo & ad me conuersio eius.

Ac si diceret. Quoniam fide & dilectione soli xpo adhereo, solum sequor. Solū cū patre & spiritu sancto vnum deus cōcupisco, respectiōis eius suauitatem, visitationis benignitatem, cōuersationis dulcedinem, gaudēter experior, experiens proclamo.

Ueni dilecte mi. egrediamur in agrum: commoremur in villis: mane surgamus ad vineas, videam⁹ si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.

Dum sponsa sponsi dulcedinem experta se reficit, de proximo etiam cogitat, quem ipsius sponsi precepto sicut se diligit, & quia sui quasi sponsi secreta intelligit, etiam vt alij intelligant cōcupiscit dicens.

Ueni dilecte mi. egrediamur in agrum.

Ager quippe teste veritate ē hic mūd⁹. In agrus ergo cū sponsa spōsus egreditur, qñ verbum dei carne suscepta ē thalamo virginis in mundo mōstratur. In villis commoratur, quādo gētes per fides visitat, quas recipiētibus largitur. Mane ad vineas surgit, quia post resurrectiones suas in gloria patris sedens

ecclesias quas cõstruit etiam
õsendit. Si floruit vinea cõ-
spicit, quia omne profectum
ecclesie districto examine p-
pendit. Uidet si flores, fru-
ctus parturiunt, qr perspicit
ad quem profectũ teneri qui
qz z imperfecti excrescũt. vi
det etiam si floruerunt mala
punica, qr perfectos quosqz
respicit z quid in proximis
vtilitatis habẽt: quasi in flo-
ribus fructum arborum co-
gnoscit. De quibus bene se-
quitur.

Ibi dabo, dabo tibi vbe-
ra mea.

In malis punicis dat spon-
so sponsa vbera, qr imperfe
ctis viuit charitas gemia. ex
qua dum infirma mẽbra in
ecclesia nutriunt, quasi xp̄m
lactãt. quez in minimis suis
presentem esse cognoscunt.
De quibus bene subditur.

Mandragore dederunt
odorem in portis nostris.

Quid per mãdragoras her-
bam. s. medicinalem z odo-
riferam: nisi virtus perfecto
rum intelligitur: per quã p-
fecti quiqz dum imperfecto-
rum infirmitatibus me den
tur in fide quaz predicãt. i.
in portis ecclesie veri medi-
ci esse comprobantur? Qui
dum exempla bonorum ope
rum circũquaqz per sanctaz
famam tribuũt, quasi odorẽ
quo egroti sanẽtur aspergũt
Sequitur.

Omnia poma noua z ve-
tera delecte mi. seruaui ti
bi.

Hic p poma! sensus scriptu-
rarum sanctarum intelligũ-
tur, que dum ex patrib9 san-
ctis ad nos perueniũt, z cre-
duntur, quasi ex arboribus
poma exurgunt quibus ani
me delectãtur. Omnia ergo
poma. noua z vetera dilecto
suo spõsa seruat qr sic nouũ
testamentum ecclesia catholi
ca recipit, vt vetus nõ abijci
at. sic vetus veneraẽ, vt nouũ
semper i ipsis sacrificijs car
nalibus per spiritum intelli
gat. In nouo. s. christum ve
nisse congaudens. in veteri
autem semper venturum ex
pectans z dicens.

Capitulum. VIII.

Quis mihi det
te fratrez meũ
suggentez vbe-
ra matris mee
vt inueniam te
foris z deosculer. z iã me
nemo despiciat.

In veteri lege ecclesia posita

xp̄m exoptabit, ⁊ in secreto patris manētem foras venire per carnem ad oculos humanos non mediocriter cupiebat. Unde ⁊ dauid desiderās dicebat. Exurge ⁊ ne repellas in finem. Et alibi. Inclina celos ⁊ descēde. Et Esayas valde cupiens eum videre dicebat vtinam disrūperes celos ⁊ venires. Uult ergo sponsum foris sponsa inuenire ⁊ deosculari, q2 cōcupiscit sub lege posita, vt p carnem appareat, cui prius nō accepta gratia plus timore q̄ꝫ amore seruiebat. Post cuius osculum iam a nemine despicitur, quia postquaꝫ christus venit ⁊ fidelib9 suis spiritum libertatis infudit. ab ipsis etiam angelis ecclesia sancta honoratur. Hinc est ꝙ Josue angelum adorauit. Joanni vero volenti se adorare dixit. Uide ne feceris, conseruus tuus sum ⁊ fratrum tuorum habentium testimonium. Jesu. Sed q2 venienteꝫ ecclesia suscepit synagoga repulit, que iterum eum in fine mundi suscipiet ⁊ amabit, ideo subsequitur ecclesia ⁊ dicit.

Apprehendam te ⁊ ducaꝫ in domum matris mee. ibi me docebis ⁊ dabo tibi poculum ex vino condītum. ⁊ mustum malorum granatorum meorum.

Apprehensum in domū matris sue ducit, quia synagoge in fine mūdi christum in quem credidit predicabit. Dūqꝫ per predicationem ecclesie susceptus fuerit, ibi ecclesiam docebit, quia se doceri gaudebit: q2 synagogaꝫ iam idem corpus factaꝫ erudiri secum videbit. Poculuꝫ ex vino cōditum ecclesia dabit: q2 ipsa synagoge nouuꝫ testamentum cum veteri predicabit, ⁊ quasi vino poculū condiet, quia dulcedinē euāgelij testimonijs legis q̄ aspera est, vt robustius teneatur tinget. Mustum vero pomorum malorum granatorum suoꝝ tribuet, q2 fortium viroꝝ qui vnitateꝫ ecclesie etiā in martyrio tenuerunt exempla apponet: vt ad eorum similitudinē synagoga inardescat, ⁊ antichristi persecutoribus martyrum precedētiū exemplis debriata non succumbat. Cū enim fortiuꝫ pugnatorū victorias audierit, ad eorum immitationem pugnā subire nō dubitabit, qđ apte māifestat cū subiūgit.

Leua ei⁹ sub capite meo ꝛ dextera illi⁹ āplexabit̃ me.

Leua xp̄i vita p̄ns. dextera vero vita beata ħr. Caput āt nr̃m sp̄ualiter mēs eē ꝓhibet̃. Dicit ergo synagoga pre dicatiōibus ecclesie iam conuersa, exemplis roborata, imitatiōe sublevata. (Leua eius sub capite meo. ꝛ dextera illi⁹ amplexabitur me.) Ac si diceret. Quoniam nūc tādem xp̄i fidem teneo. eius ineffabilem gratiā experior cōcupiscibilē ꝛ quā desiderare nesciebā dulcedinē sētio, iā terrena oīa postpono, etiā ipsam vitā carnis ꝓ ei⁹ amore cōtēno, ꝛ ad eius beatitudinē vidēdam totis desiderijs anhelo. Hoc quippe q̄d rem aliquā amplectitur. ipsam ꝙ amplectitur res ex oī pte intra se habere non ignorat. Leua ergo sub capite est ꝛ dextera amplexatur, quando sancta aīa mēti ea que videt supponit ꝛ ea que nō videt oī cōatu, ꝛ vniuersis suis cogitationibus appetit. Sūt quippe nonnulli, qui tanto desiderio celestia sectant̃, vt oīa visibilia pro nihilo reputēt, mētē suā celestib⁹ studijs sine intermissione occupent, vt nihil aliud agere libeat q̄ quid extra spiritualē actiōes est aīus fastidiat. hāc solā diligat cetera cōtēnat, nisi forte ea isti necessaria. cognoscat. Isti vere sub capite leuam habēt, qꝛ mēte erecta ī beatitudinē xp̄i, vitā p̄ntem sub se vidēt. Et dextera xp̄i eos amplexatur, quia ex omni parte celestis eos dilectio intra se retinens tuetur. Huiusmodi quippe viri sancto ocio delectantur, in quo vite beate delectatiōe cōcupiscibiliter per cōtemplationem perfruūtur. In qua cōtēplatione oculū cordis mūdant, vt deum adhuc etiam in hac carne positi. quātum humane infirmitati datum est videant, cuius visiōe se illuminent, suauitate se reficiant. Isti illam beatitudinem iam aliquantulum experiuntur de qua in euangelio veritatis voce dicitur. Beatī mundo corde, quoniam ipsi deū videbunt. Quod enim futurum est iam in eis incipit cōpleri, quia ꝛ si in hoc mundo adhuc in carne viuunt iam tamen per hoc ꝙ maius est in eis extra carnem sunt. Ab his impletur quod per psalmistam diuina voce precipitur. Uacate ꝛ videte, quoniam ego sum deus hi

enim quo sine mundi viuūt, eo mētem in dei visionē per desiderium ꝛ contemplationem figūt, Et quoniam tales multi ex synagoga i fine mūdi vt credimus post conuersionē erūt, bene ab huiusmodi dictuꝫ intelligitur. Leua eius sub capite meo ꝛ dextera illius amplexabitur me. De quibus ꝛ pro qbus sponsus loquitur cōsequenter.

Adiuro vos filie Hierusalem nė suscitetis ꝛ euigilare faciatis dilectaꝫ donec ipsa velit.

Sed qꝛ hec iam superius exposuimus iterum exponere recusamus. Sed de eadeꝫ synagoga iam facta ecclesia filie Hierusalem admirantes interrogant ꝛ dicunt.

Que est ista que ascendit de deserto delitijs affluēs in nixa super dilectū suū.

Sancta ecclesia vel quelibet sancta aīa de deserto ascendit: qꝛ in exilio huius peregrinationis posita, ad celestia gaudia mēte ꝛ cogitationibus tēdit. Unde ꝛ paulus dicebat. Nostra conuersatio in celis est. Delitijs affluit, qꝛ sancte scripture meditationibus intēdens, celesti pabulo assidue mēteꝫ pascit. Super dilectum innititur, quia ĩ solius xp̄i auxilio cōfidens eo largiēte ab exilio ad patriaꝫ transfertur. Ipsa quippe veritas oībus fidelibuꝫ ait. Sine me nihil potestis facere. Unde vero acceperit. vt ab infimis ad superiora, a dſerto ad regnū ascēdere possit, manifestat dilectꝰ cū subdit.

Sub arbore malo suscitaui te.

Quid per malum arborem, nisi sancta crux designatur: que maluꝫ illud sustinuit de quo eadem spōsa in superioribus dicit: Sicut malum inter ligna siluarū sic dilectus meus inter filios. Sed sponsam suaꝫ xp̄s sub arbore malo suscitauit, quia ĩ cruce positus subditam sibi ecclesiam ad vitaꝫ vocauit. vt a somno mortis resurgeret, ꝛ cuꝫ illo se crucifigēs ad nouaꝫ resurrectioneꝫ properaret. Unde Apostolus cuidam cuius aīa mortua iacebat dicit. Surge qui dormis ꝛ exurge a mortuis, ꝛ illuminabit te xp̄s. Et quibusdam qui iam resurrexerunt alibi ait. Si consurrexistis cum christo que sursuꝫ sunt querite. Sed quia infidelitaꝫ synagoge christū crucifixit, ideo sequitur.

Ibi corrupta est mr̃ tua: ibi violata ē:genitrix tua.
Sub arbore malo mater ecclesia corrupta esse dicitur, quia quādo saluatorem suū in ligno fixit, nephando scelere se corrupit. Cuius sceleris magnitudinē inculcat, cū idem replicat dicēs. Ibi violata est genitrix tua. Sȝ quoniam ad hoc cecitas ī Israel facta est. vt plenitudo gētiuȝ intraret, ideo intranti ecclesie dicitur.

Pone me vt signaculum super cor tuum: vt signaculū super brachiū tuum.
In corde sunt cogitationes, ⁊ in brachio operationes. Super cor ergo ⁊ super brachium sponse dilectus vt signaculum ponitur, q̄ꝛ in sancta anima quātum ab ea diligatur ⁊ volūtate ⁊ actiōe designatur. Signum q̄ppe sancta mens ⁊ interius ⁊ exteriꝰ christum portat, q̄ꝛ dum in eius meditationibuſ assidue laborat dū ī exteriori actiōe eum imitari non cessat quomodo eius dilecta esse non deat? De quo signo ipse spōsus discipulis suis aiebat. In hoc cognoscēt omnes q̄ꝛ vere discipuli mei eritis. Si dilectionem habueritis ad inuicem. De qua dilectione mox subditur.

Quia fortis est vt mors dilectio.
Bene proculdubio fortis vt mors dilectio esse perhibet, quia dum per dilectionem a vitijs mortificamur, quod mors agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio in cupiditatibus mētis. Sunt enim nonnulli qui sic deum diligūt, vt omnia visibilia negligant, ⁊ dum in eterna mente tendūt, ad omnia tēporalia. pene insensibiles fiāt. In hiſ nimirū vt mors dilectio fortis existit, q̄ꝛ sicut mors exteriores corporis sensus ab omni proprio ⁊ naturali appetitu interficit, sic dilectio ī talibus viris omnia terrena desideria cōtemnere, mētem alias intētam compellit. Huiuscemodi mortuis ⁊ viuis Apostolus dicebat. Mortui enim estis ⁊ vita vestra abscōdita est cum xp̄o in deo. Hi proculdubio vitam suam cū xp̄o abscōdunt, quia dū omnia que videmus post ponūt in his que nō videmus ī beatitudine. s. xp̄i veraciter ⁊ secrete viuūt. Quia eniȝ falsaȝ vitam despiciūt, que visibiliter apparet in vera vita se ab

scondūt q̄ nō nisi inuisibilibus oculis se manifestam pbet. Potest tamē intelligi vt hoc de seipso xpo dicat inquens. (Pone vt signaculuū super cor tuum. vt signaculum super brachium tuū. q2 fortis vt mors dilectio.) Ac si diceret. Dignū est vt in mente & in actiōe signū dilectionis mee meipsuz tecū feras, quia in fortitudine dilectionis tue mortem sub, vt tu que mortua in infidelitate eras, mecuz resurgente in fide nouitate spiritualiter viuas. Sed q2 in cruce suspensus nequaq̄ fuisset, nisi ad magnaz inuidiā cor synagoge exarsisset ideo subditur.

Dura sicut infernus emulatio.

Emulatio quippe & in bonū & in malum accipitur. In bonum eniz accipitur sicut per Apostolum dr. Emulamini charismata meliora in malū autē assumitur, vbi per Samuelē Sauli dr. Auferetur a te regnuz & dabitur emulo tuo. Emulus quippe eius dicitur. cui Saul inuidere nō ignoratur. Dura est ergo vt infernus emulatio, q2 dum synagoga christū ad inferos posse trāsmittere se putauit, ei vsq3 ad mortē corde in misericordi inuidit. Ut infernus emulatio dura extitit, q2 sicut infernus sine misericordia quos tenet cruciat, sic iudayca plebs xpm apprehendens sine respectu pietatis ad mortē trahebat. De qua bene sequitur.

Lampades eius lampades ignis atq3 flāmaruz.

Sicut enim ignis qd incendit consumit, sic Judeos ab omni fidei ꝟtute inuidia sua destruxit. De quibus bñ alibi dr. Et nūc ignis aduersarius cōsumit. Ac si diceret. Anteq̄ ad eternū ignē veniant in psenti cōsumūtur, q2 in se ipsi igneз portāt, qui sine portāt3 cōbustiōe nō portatur. Hic ignis inuidie flāmas ꝓtulit, qñ p exēpla in q bus accēsus est. et in gētibus vsum ad christianoꝝ martyria per mundum vniuersuz exercuit. Sed q2 hinc ignis inuidie hic ignis charitatis se extulit, ideo subditur.

Aque multe non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam.

Charitate qppe sancti martyres viuaciter ardebant, q2

in dei ⁊ proximi dilectione mirabiliter flagrabāt. Hanc charitatē aque multe extinguere nō poterant, q2 quātecūq3 tribulatiōes eis fierēt: ad odiu3 eos trāsmutate nō valebant. Hoc nimiru3 esset extinguere charitatem si in tribulationibus quas ingrediebatur, ad dei aut proximi odium eos humiliare potuissent. Sed cu3 aque dicte sint. quid rursum per flumina: nisi ipsaru3 aquarum incremēta ⁊ viuacitas ītelligitur? Flumina quippe viuas aquas solere dici cognoscimus. Flumina ergo maximas tribulatiōes accipim9: que dum per totum orbē su per martyres abluerunt, ad extinguēdu3 charitatis ignē grandi impetu cōfluxerunt. S3 quia inter flumina adeo charitas vixit, vt potius flumina consumeret, q̄ se ab illis extīguere permitteret: ideo multi etiam persecutorum ad eandem charitatem se conuertebāt, ita vt dimitterent quicquid in mundo possidebant. ⁊ seipsos morti darent, quam prius patiētibus crudeliter inferrebāt. Unde ⁊ subditur.

Si dederit homo omne3 substantiam domus sue ꝑ dilectione: quasi nihil despiciet eam.

Cum cupiditate terrene substantie deus non diligitur: quia terrenus amor oculu3 sordidat: ne diuina claritas videat. Contra quod in euāgelio dicitur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deu3 videbunt. Et Apostolus Joannes ait. Si quis diligit mundum non est charitas patris in eo. Nec mirum. Quomodo enim potest diligere quē nescit? Aut quomodo scit, ad quem sciendum oculum cordis claudit? Sed homo omnem substantiam domus sue pro dilectione tribuit: quando quicquid in mundo possidet ꝑ christo distribuit. vt abÿtiēs quod impedit deum diligat, ⁊ terso puluere sollicicitudinum oculos aperiat: vt deum videat. Et cum omnem substantiam dederit quasi nihil ea3 despiciet: quia postquam oculum tersit ⁊ deum conspexit in illius visione quicquid possiderat nihil ipendit. Hoc apostoli fecerunt, qui non solum possessa: sed etiam cupita: vt christum sequerētur dimiserūt. Quib9

ipse xps pro quo omnia di miserant dicebat. Cum fece ritis omnia que pcepta sunt vobis dicite. Serui inutiles sumus quod debuimus face re fecimus. Sed cuz abiecta terrena substātia, non statim ad perfectionem ascēditur: quia rebus abnegatis restat labor vt idem ipse homo ab negetur, quatenus gradatiz proficiat & quādoqz perfect9 nō solum se. sed etiam alios secum ad vitaz trahat. Ideo de noua & tenera adhuc ec clesia vl vnaquaqz anima cō sequenter dicitur.

Soror nostra parua & vbe ra non habet.

Sororem christi ecclesiā vo cat, quia de ipsis Apostolis dicebat. Ite dicite fratribus meis. Soror autem parua. vbera nō habet, quādo in so lis Apostolis ecclesia erat in quibus se ipsaz vel alios nu trire lacte predicatiōis non poterat. Quid Petrus alijs predicaret: cum se ipsum di scipulum christi in vnius an cille voce detestando & iurā do negaret? Parua ergo ec clesia. vbera nō habebat, qr post resurrectionem in vna domo inclusa inter persecu tores suos non dico predica re, sed & videri timebat. Cō sequēter ergo dicitur.

Quid faciemus sorori no stre: in die quando allo quenda est.

Allocutus est christus soro rem suam. quando sup Apo stolos spiritum sanctum mi sit, & eis in interioribus lo quens, illos omnes mūdi lo quelas multiplici distribu tione docuit. Sed a quibus hoc querere intelligēduz est qui omnia nouit: nisi a san ctis patribus antiquis quos ad querēdum spiritu suo in stigauit. Quibus eodem spi ritu. quo in questionem eos induxit respondet protinus cōuenienter & ait.

Si murus est edificemus super eam. propugnacula a rgentea.

Dato sancto spiritu murus sancta ecclesia efficitur, quia que prius timida erat istruē te; eodem omnipotēte spiri tu. ad resistēduz aduersarijs ipenetrabiliter roboratur. Quod manifestat idem Pe trus sub ācilla timid9: mox contra principes rigidus, q bus dicebat. Obedire opor tet deo magis quā hoībus. Et iterum. Si iustum est vos potius. audire quam deuz:

iudicate. Et iterum non pos sumus que vidimus et audiuimus nō loqui. Et de celsis discipulis scriptū est. Ibant discipuli gaudētes a conspectu cōcilij, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu. cōtumeliam pati. Ecce qualis murus facta est ecclesia q̄ modo tenerima, nec pedum cuiuslibet gradiētis sine sui lesione gerit, modo vero accepto mirabili artifice sācto spiritu vniuersi exercitus. insultus illesa cōtemnit. Sup quam propugnacula edificātur: q2 vt nō tātūmodo se defendat, sed vt etiam impugnantes repugnādo prosternat miracula facere ei conceditur que cū viderūt hosté. ab eius agressione iacula timētes terreantur. Que propugnacula bene argētea esse perhibentur, quia miracula ipsa cum verbi predicatione donātur. Et quia argētum, sonorū valde est metallum argentea propugnacula existunt, q2 per miracula factū est, vt eorū verba per vniuersum mūdum cōualescerent: et fidei predicationem inflexibiliter circūquaq3 diffunderēt. Quod manifestat psalmista cum dicit. In omnē terram exiuit sonus eorū, et in fines orbis terre verba eorū. Sequitur.

Si hostium est compingamus illud tabulis cedrinis.

Hostium enim sanctā ecclesiam bene esse dicimus, quā ab ipso xp̄o ptātem aperiēdi et claudendi accepisse scimus. Hostium proculdubio in suis predicationibus existit, quia per eos aditus ad vitā se nobis aperit. Unde et ipsi primo pastori dicitur. Quodcunq3 ligaueris super terram, erit ligatū et in celis. Uel hostium in ipso suo capite existit, quia veraciter de se dixit. Ego sum hostium. Hostium vero tabulis cedrinis cōpingitur, quia sancta ecclesia fidem predicās multitudinibus populorum decoratur. Et dum populi varijs virtutibus aspergūtur. vt videlicet alius de rebus quas possidet indigentibus necessaria tribuit, alius omnia abijciens etiam a legittimo cōnubio se abstīcat. Alij vero tātum proficiat vt aliorum etiam predicator fiat. tanquā pictura multis coloribus, sic ecclesia multis doctoribus honestat. Que sancto spiritu cōualescens hyla

riter respondēs. dicit.

Ego mur⁹ ꝛ vbera mea si cut turris ex quo fcā sū co rā eo q̄si pacē reperiens.

Ubera sua sic̄ turres habuit ex quo corā spōso pacē reperit, q2 postq̄ʒ sub ipo spm̄ pacis accepit, p̄dicatores p̄dicatiōe altos, ꝛ robore inflexibiles nutriuit. Sed qd est ꝙ nō ait pacē ſʒ quasi pacem repiēs: nisi q2 dū in hoc mūdo sumus a pcō oīmodis nō desistimus ꝛ quādiu cū pctō viuimus, pacē pfectaʒ cū illo q sine peccato in carne vixit nō hēmus. Sʒ qm̄ tātillā paceʒ quā hēmus p ipm mediatorem dei ꝛ hoīum tenem⁹. ideo subditur.

Uinea fuit pacifico in ea que habet populos: tradidit eam custodibus.

Ipe vere pacificus nr̄ ee d̄r. q2 p ipm deo oē genus recōciliatur. Huic pacifico vinea fuit, q2 ī labore p̄ceptorum carnaliū synagogā plātauit. De qua d̄r. Uinea dn̄i sabaoth dom⁹ Israel est. Que vinea in ea q̄ hēt populos extitit, q2 ī lege posita ē q̄ m̄ltos sub se colligit populos. De q bus populis loquit̄. Populi meditati sunt inania. Hāc vineā custodib⁹ tradidit, q2 synagogā Moysi ꝛ ceteris patribus custodiendam subiecit. De qua bn̄ subditur.

Uir affert pro fructu eius mille argenteos.

Hec vinea fructum protulit, q2 ex synagoga botrus ille magnus qui de terra repromissiōis allatus est christus. vʒ. Jesus per humanitatē p̄cessit. De quo fructu pr̄ ad Dauid ait. De fructu ventris tui ponā sup sedem tuā. Unde ꝛ Apostolus scribit quoꝝ patres ꝛ ex quibus xp̄s. Per argenteos vero in hoc loco omnē terrenā substantiaʒ intelligimus. De qua Petrus elemosynā petēti claudo dicebat. Argētum ꝛ aurum nō est mecum. Pro fructu ergo vinee vir mille argenteos affert, q2 quisqs viriliter in fide quā suscepit se habet libēti mēte pfecte oīa terrena dimittit vt xp̄m veraciter hēat in queʒ millenarius pfectus ē numer⁹, ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demonstratur. Hos argēteos in primitiua ecclesia illi offerebāt. De quibus in actibus Apostolorum scriptuʒ est. Quotquot aūt possessores agroꝝ, aut domoꝝ erāt vendebāt, ꝛ afferētes ponebāt ad pedes

apostolo℞ p̄cetia eo℞ que rē debant. Isti cōgregati aliam vineā .v₃. sanctam ecclesiā ex seipsis cōstruxerunt, ⁊ vt boni agricole sanguine suo ꝓpagauerūt. ⁊ predicatiōibus vsq₃ ad fines terre. dilatauerunt. vt iam mūdū pene vniuersum impleat ⁊ fructū gratum locata agricolis suis tēporibus reddat. Unde ī euāgelio dr. Malos male pdet, ⁊ vineā suā locabit alijs agricolis q reddāt ei fructū tēporibus suis. De qua vinea iā bōis locata ipe pacific⁹ dic̄.

Uinea mea corā me est.

Corā₃ ipso vinea sua existit, q₂ perditis malis agricolis sanctā ecclesiā bonis doctoribus benigno rspectu erudit. Cui dicit.

Mille tui pacifici ⁊ ducēti hi qcustodiūt fruct⁹ei⁹.

Qui sunt isti pacifici, qui mille dicunt eē ⁊ ducēti: nisi illi superiores argētei, quos dum pfecte dimittimus pacē per eo℞ distributionē cū sanctis nobisipsis acquirimus. Un̄ ⁊ in euāgelio dn̄s pcipit. Facite nobis amicos de māmona iniqtatis. vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. S₃ qd p ducētos intelligimus: nisi duplicē retributionē quā acgrimus dum eos ī hoc mūdo pfecte ꝓ xp̄o cōtēnimus. Mille ergo ⁊ ducēti argētei ecclesie existunt, q₂ dū fideles quiq₃ oīa que possidēt ex toto relinquūt: ⁊ pacē sibi cū scīs faciūt, ⁊ p̄n̄tis vite remunerationē cū celesti pcipiūt. Et hoc ē qđ dn̄s ait ī euāgelio. Amē dico vobis, nemo ē q reliqrit domū, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut filios, aut agros pp me ⁊ pp euāgeliū, q nō accipiat centies tm̄ nūc in tpe, hoc est domos, ⁊ fratres, ⁊ sorores, ⁊ matres, ⁊ filios, ⁊ agros cū psecutionib⁹: ⁊ in seculo futuro vitā eternā. S₃ qb⁹ ista remūeratio sic duplicat: nisi his q custodiūt fruct⁹ ei⁹. Qui sūt āt q fruct⁹ vinee custodiūt: nisi illi q ī scō ope qđ īceperūt pseuerātes existūt. Opus enī qđ scō desiderio īcipit, si cōstātia mētis vsq₃ ad finē n̄ tenet, sine fructu hr̄, q₂ īmature ab hoc vn̄ pcesserat vacuatur. Ideoq₃ dn̄s in euāgelio ait. Qui pseuerauerit vsq₃ ī finē hic saluus erit. Sequit sponsus ⁊ dicit.

Que hitas in ortīs amici asculrāt fac me audire vocem tuam.

Spōsa ī ortis hītat, qz scā ecclesia vł q̄libet scā aīa. in fructificatiōe ꝟtutū mētē ꝟsat. Cui⁹ vocē spōsus audire desiderat, qz hoc sūmope xp̄o plz: vt pfectus q̄libet vir, īfirmos quosqz ꝟbo scē predicationis admōeat. Amici enim ascultāt, qz fideles ī ecc̄ia vt amicus spōso loquaī, pio desiderio expectāt. Et notādū ꝙ amicus est q ascultat, qz q deū mēte ītegra diligit, p̄dicātē qđ diligit libēter audit. Uñ ī euāgelio dr̄. Qui est ex deo ꝟba dei audit. Sz quia dū ecc̄ia veritatē p̄dicat mł̄ti nō ītelligūt, multi qđ p̄cipiūt prauo ītellectu subuertūt, iō admonēti vt predicet. rn̄det spōsa. ⁊ dicit.

Fuge dilecte mi. ⁊ assimilare capree. hinuloqz ceruoꝝ sup mōtes aromatū.

Dilect⁹ fugit: qz a reprobis cordib⁹ se ne ītelligaī abscōdit. Dū reprobe mētes ad audiēda, vł legēda ꝟba dei p̄uersa ītētiōe accedūt, digno iudicio ꝟitatē nō īueniūt, q̄ꝫ īdigno appetitu regrūt. vñ ⁊ ipsa dei sapīa dic̄. Querent me mali ⁊ nō īueniēt. Sz fugiēs reprobos, dilectos mōtes aromatū petit, qz puersos dimittēs scās aīas visitare ñ desinit, q̄ ⁊ p cōtēplationē excelse fiunt, ⁊ p cōfectiōes virtutū odorifera vnguēta secū ferūt. Sup hos montes dilect⁹ capree ⁊ hinulo ceruoꝝ assimilaī, qz ī cordib⁹ scōꝝ viroꝝ māifestaī, q̄ꝫ pia charitate, humāitatē p nob assūpsit. Qui duz ex p̄rib⁹ ātiqs nat⁹ fuit, q̄si ex ceruis hinulus sic dcīn̄ ē vēit. Qui cū eēt diues pauperē se vt nos ditaremur fecit. cū eēt sup oīa excelsus humilitatē nr̄az īeffabili dignatiōe suscepit. Cui immēsas gr̄as quousqz viuimus. reddamus. Cui p nobis tradito ī mortē ⁊ resurgēti in īmortalitatē, nos ip̄os ⁊ spm̄ ⁊ corp⁹ demus. Qui viuit cū deo p̄re ī vnitate scī sp̄ūs p̄ īfinita secula seculoꝝ. Amē.

¶ Explicit breuz, ac putil̄e expositio Btī Gregorij Pape sup Cātica Cāticoꝝ cōrecta, ⁊ quoad fieri potuit diligentissime emēdata, ī luceq̄z reddita, p venerabilē p̄rez frēm Petrū Phalcreū Uenetū ordinis predicatorij.

¶ Impressum Uenetijs per Melchiorē Sessaz ⁊ Petruz d̄ Rauanis socios. Anno dn̄i M. CCCCC. XIX. Die. XXX. Octobris.

Tabula adnotationū.

Tabella paucarū adnotationū in expositionem diui Gregorii super cantica canticorum repertaꝝ.

Tabula adnotationū.

Finis huius tabule.

Registrum.

a b c d e f

Omnes sunt quaterni p̄ter f qui est duernus.